P Ro pmo. An ɔueniēs fuiſſet a principio generis hūani deū incarnari. O, ſic Charitas nō tardat ſubuenire amico neceſſitatē patiēti. Vide in alio aduē. Feria vj. poſt do. ij. articulo. ij. Pro fūdamento in applicatione remedij ɔtra morbum reqrit ɔueniētia medij. Ouidiᵘ de remedꝫ Tpibᵘ medicina valet data tpe pſūt ⁊ data nō apto tpe viua nocent. Vn̄ ⁊ phyſici ſiue medici cōſiderant tempᵘ iuxta r̄tas ſue artis ad medicinas morbidis exhibendas. Querit ergo de ſpūali medicina An couenieēs ⁊c̄. Dic r̄n. vt ſup. Ex q̄ cōcludes q̄ bn̄ dici pōt hec etas nr̄a q̄ dr̄ plenitudo tpis. Gal. iiij. O miſeri pctōres q̄ non cognoſcitȝ gr̄am tpis huiᵘ q̄ plus ad volūtatē pᵒpriā q̄ ad beneplacitū pijſſimi ieſu reſpicitȝ ⁊c̄. Vide q̄ ɔuenienter pactū eſt noſtre redēptiōis opus ⁊ cōueniēti tpe nō a pncipio gn̄is humani. Figura. Non ſtatim miſſus eſt moyſes ad ppl'm liberādū de egypto quouſq̄ clamaueit ad deuȝ p miſcd'ia vt pȝ in exo. Talis q̄ppe dilatio figura fuit dilatiōis aduētus chr̄i ad liberādū genᵘ hūanū de captiuitate diaboli. O vere ſeculū aureū in q̄ experimur dulcedinē incarnati verbi: hinc ſaluator dicebat diſci. ſu. Matth. xiij. Vr̄i ocl'i btī q̄ vi. ⁊c̄. ⁊ aures veſtre ⁊c̄.

P Ro tertio. In pcedēti ⁊c̄. Nunc de ſcd̄a q̄ eſt pparatio apitiue affectōis Eſt em̄ cor mūdatū ⁊ ornatū deo apiendū. Et petit ipe dn̄s. Can̄. v. Aperi mihi ſor. me. amica me. Et apo. iij. Ecce ſto ad oſtiū: ⁊ pulſo ſiq̄s audierit vocē meā ⁊ aperuerit ianuā: intrabo ad illuȝ ⁊c̄. Cordis aūt materialis diſpoſitio figurat q̄līt mēs dȝ eſſe apta ad ſupiora. Col'. iij. Que ſurſum ſūt q̄rite nō q̄ ſup terrā ⁊c̄. Itē cor eſt triangulū in q̄ ſignat ꝙ mēs hūana dȝ eē apta ad tria. Ad pctōꝝ pniam. Ad mandatoꝝ intelligentiā. Ad bn̄ficioꝝ memoriā. Primo ad pctōꝝ pniaȝ. Hiere. ij. Vide vias tuas in cō. ⁊ ſcito q̄d feceris. Et apoc. iij. Memor eſto vn̄ excideris et age penitentiā. Et ezechias dicebat. Eſa. xxxviij Recogitabo tibi oēs annos meos, ⁊c̄. Scd̄o ad mandatoꝝ intelligentiā. Eccl. iij. Que tibi precepit deus cogita ſemper. Et deutero. vj. Erunt verba hec que ego precipio tibi hodie ſcripta in corde tuo et narrabis ea filijs tuis ⁊ meditaberȝ ea ſedens in domo ⁊ ambulās in via ⁊ dormiens ⁊ cōſurgens. Tertio ad beneficioꝝ

memoriā ad regratiādū ꝛ amplius in eo
sperandū Deute.xxxij. Nūquid nō ipe est
pať tu⁹ q̇ pos.ꝛ fc. ꝛ creauit te ꝛc̄. Memē
to dierū antiquoꝝ ꝛc̄. Et ecclesiastes.ij.
Memēto creatoris tui. Sup omia reme/
morandū est bn̄ficiū reparatiōis hūane
ꝛ ꝓ eo grē semp reddēde. Col.j. Gratias
agentes deo ꝛ prī q̇ dignos nos fecit sor/
tis sctōꝝ in lumine. Studeamus ergo cū
diligētia corda ꝑparare q̄ten⁹ sic aduen/
tū ei⁹ in carnē celebrem⁹ vt ei⁹ aduētu in
aias nr̄as obtinere valeam⁹. Nec em̄ ali/
quid nobis ꝓdesset illū pmū aduentū cele
brare nisi in mētib⁹ nr̄is faciam⁹ spūalis
aduent⁹ solēnitatē. Sed heu q̄ꝫ pauci fa/
ciunt q̄ꝫ pauci ad hanc solēnitatē veniūt
iuxta qd̄ exponi pōt illud Threñ.j. Vie
sion lugent eo ꝙ nō sint q̇ veniāt ad solen
nitatē. Multi etiāetsi qn̄qꝫ veniāt ꝛ qn̄qꝫ
grām recipiant tn̄ nō diu custodiūt. Luc.
viij. Ad tps credūt ꝛ in tpe ꝛc̄. Exēplum.
Legitur in lib.de apib⁹ de quodā q̇ i iuuē
tute fuit satis bone indolis. Sꝫ cū puer/
sis ꝑuersus est. Aliqn̄ tn̄ aliqꝫdiu abstine/
bat sꝫ paulo post ṙuertebať vt canis ad vo
mitū: ꝛ sus lota in volutabro luti.ij.pe.ij.
Quid plura: Cū magnū fecisset couiuiuꝫ
amicis (qꝛ canonicus erat) ꝛ secessisset in
camerā: ecce hospites terribiles.s.demo
nes sibi visibiliter apparentes quoꝝ hor/
rore cōcussus ita terribiliter clamauit ꝙ
oēs domestici accurrerūt q̄rētes q̇d ei cō/
tigisset. Ille q̄si insensat⁹ clamare nō ces/
sabat. Venit decan⁹ ꝛ canonici. Decan⁹
monebat eum dicens. Frater: confide in
dn̄o qui pro te mortuus est: peniteas ꝛ mi
serebitur tui. Respondit eiulans. Nō pos
sum. Demones me impediūt. Faciatꝫ (in/
quit decanus) signum crucis: inuocate no
men iesu ꝛ marie. Nō est mihi (ait) possibi
le. Nolui de hospitio voluntatꝫ demones
et peccata eijcere. Nunc cogunt me intra
re in hospitiū suū infernale cuius iam vi/
deo os apertū ad me deglutiēdū. Et hoc
di. miserrime obijt. Eijcite ergo peccata ꝛ
domum cordis christo ꝑparate qui solus
animsa vestras saluare potest: Sꝫ notate
quod dicitur Matth.xxiiij. Non qui ince
perit sed qui perseuerauerit vsqꝫ in finez
saluus erit. Sicut ergo dicit sapiens, Ec/
clesiasti.v. Esto firmus in via dei.

p Ro tertio. Audistꝫ ꝛc̄. Et certi esto
te de aduentu eius in vos si corda
sint ꝑparata sed non alias. Si ergo nō ve
niat totum vobis imputabitur. Dicit re/
gula iuris. Imputari nō debet ei per quē
non stat si non faciat quod ꝑ eū fuerat fa
ciendū.ff.de l.cōmissaria.in fine. Ad hoc
facit qd̄ habeť.xlvij.dis.§. Quid tunc fiet
et.c. Quantūlibet. Si paterfamilias facit
quod in se est ad directionē filioꝝ ꝛ tamē
sunt mali: sibi nō imputabitur. Similiter
sic de prelato: de medico: sic de aduocato.
Audi. Si rex dederit tibi palatiū ꝛ man/
dat di. Venio ad te tali die ꝛc̄. ꝛ clausam
portā reperiat si nō intrat nō est ei impu/
tandū Imo tu ingratissimus reputand⁹
es attenta principis benignitate. Expo/
ne ꝛc̄. Preparate ergo corda q̄rentes do/
minū. Nam vt ait Bern̄. super can. Ma/
gnū bonū querere deū: nō autē pedū pas
sibus sed desiderijs queriť. Augusti. Ve
misere anime que chr̄m non querit.

Feria.v.post pmā dn̄icā aduentus.

Abijciamus

a ꝛc̄. Qui seq̇ť me nō ambu/
lat in tenebris. sed habebit
lumen vite. Jo.viij. Abijcite g̊ ꝛ seq̇mini
chr̄m q̇ dixit. Qui sequiť me ꝛc̄. vbi sunt
tria notanda.

Primo veri chr̄iani dignitas honorabilis
Qui sequitur me.

Scd̄o securitas imꝑturbabilis: non am/
bulat in tenebris.

Tertio vtilitas desiderabilis: sꝫ habebit
lumē vite. De pmo eccī.xxiij. Magna glo
ria seq̇ dn̄m. De scd̄o. Jo.xj. Qui ambu/
lat in die nō offēdit. De tertio. ps̄. In lu/
mine tuo vi.lu.ꝛc̄.

Abijciamus ꝛc̄.

p Ro pmo. An decuisset incarnationē
differri vsqꝫ ad finē mundi. Qꝫ sic.
Perfectū posteri⁹ est impfecto: sūma aūt
ꝑfectio ē in vniōe ad ꝟbū. Cōtra Abacuc
iij. In medio ānoꝝ notum facies. Rn̄det
Tho.in.iij.par.q̄.j. Nō fuit ꝯueniens ꝛc̄.
Ptꝫ pmo ex vnione diuine nature ꝛ hūa
ne. Imperfectū em̄ in vno et eodem p̄rece
dit tempe perfectū eo ꝙ de impfecto fit

perfectū. In eo autē qđ est ꝑfectiōis causa efficiens ꝑfectū tempe p̄cedit imperfectū. In incarnatiōe aūt vtrūq₃ concurrit q꞉ ꝑ h̄ natura hūana ꝑducta est ad summā ꝑfectionē. Et iō nō decuit ꝙ a principio fuisset ⁊ q꞉ ip̄m v̄bū incarnatū ē humane ꝑfectōis causa efficiēs. iō nō debuit differri incarnatio vsq₃ ad finē sed ꝑfectō glīe ad quā vltimo ꝑducēda ē natura humana ꝑ v̄bū incarnatū erit in fine mūdi. Scđo ex effectu hūane salutꝫ. Si eñ differreť vsq₃ ad finē mundi: totaliter dei noticia ⁊ reuerentia ⁊ moꝝ honestas abolita fuisset in terris. Tertio ex diuine bonitatis manifestatiōe et v̄tutis q̄ pluribus modis hoīes saluauit nō solū ꝑ fidem vēturi sꝫ etiā ꝑ fidē p̄sentis ⁊ p̄teriti. hoc tho.

Pro fūdamēto. B̄n̄ficiū icarnatiōīs exhibuit dn̄s tp̄e oportuno. Nam vt ph̄us dicit. viij. Ethi. Amic⁹ b̄n̄facit amico ſm oportunitatē loci ⁊ tp̄is. Et v̄e de tp̄e incarnatiōis potest bene dici illud ouidij in lib. fastoꝝ. Oīa nūc florēt nūc ē noua temporis etas. Queritur tñ An decuisset ⁊c̄. Dic rñ. vt sup̄. Ex q̄ ꝯclude ꝙ ⁊si oēs nō fuerūt de tp̄e illo q̊ chr̄s erat in mundo: oēs tñ ⁊ p̄cedentes ⁊ sequētes saluari potuerūt ꝑ chr̄m. Vñ pau. j. Coꝝ. v. Chr̄s mortu⁹ ē ꝓ oībus. O miseri pctōres cur nō penitemini: auari. fraudulēti ⁊c̄. Certe si vicia abijcieritis: oēs ꝑ chr̄m saluari poteritis: q̇ oēs venit saluare tā p̄cedentes q̄₃ sequētes eius aduentū. Figura. Matt. xxj. Christo veniēti in hierusalē tam q̇ p̄cedebāt q̄₃ q̇ seq̄bant. Clamabāt Osanne filio in excelsis. Expone ⁊c̄. notando illud Col. iij. Oīa ⁊ in omnib⁹ chr̄s.

PRo scđo. Sup̄ ⁊c̄. Nūc de p̄paratione ad expectationē certissimā respectu vltimi aduētus vicꝫ ad iudiciū tā particulare q̄₃ vniuersale. De q̄ p̄paratiōe dicit saluatoꝛ. matth. xij. Vos similes hominib⁹ expectātib⁹ do. su. qñ re. a nuptijs Et seq̄ť. Vos estote parati. Acceleranda est aūt hec p̄paratio ꝓpť tria.

Primo ꝓpter p̄ueniendā tp̄is breuitatē.
Scđo ꝓpť euadēdā demonis calliditatē
Tertio propter mitigandam iudicis seueritatem.

Primo ꝓpter ⁊c̄. Iō luc̄. xij. postq̄₃ di. vos estote parati subdit q꞉ hora qua non putatis fi. ho. ve. Et Matthei. xxiiij. Si sciret paterfamilias q̄ hora fur veniret ⁊c̄. Sicut ei di. Señ. ad lu. Multos vitā differētes mors incerta preuenit itaq₃ omnis dies velut vltimus iudicandus est. Et greg. Horam vltimā iō nobis voluit dn̄s esse absconditā vt semꝑ habeať suspecta ⁊ quā p̄uidere nō possumus sine intermissione preparemur. Secūdo ꝓpter euadendā demonis calliditatē. Callidus eñ diabolus impugnat hominē in articulo mortis Gre. Tanto demon grauiores tentationes ingerit q̄₃to magis peccatorē appropinquare fini cōspicit. Ps̄. Ipsi scꝫ demones calcaneum meū. i. finē vite mee obseruabūt. Prepa igitur animā diligenter ⁊ diabolū repelle ne forte in morte nō possis eū repellere cū volueris. Qm̄ sicut dicit Beda. Diabolus q̄₃to diutius possedit tanto difficili⁹ dimittit. Tertio ꝓpter mitigandā iudicꝫ seueritatē nisi eñ tunc mitigeť tūc erit implacabilis ira. Sap̄. xix. Impijs vsq₃ in nouissimū sine miscđia ira supuenit Iō sicut habeť ecclesiastici. xviij. Añ iudicium p̄para iusticiā. O q̄₃ fatui q̇ dei iudiciū nō cogitant q̇ ad placandā iram iudicis non ꝓuident. Deutero. xxxij. Gēs absq₃ ꝯsilio ⁊ sine prudētia vtinā saperēt ⁊ intel. ac. no. ꝓ. Considerate o pctōres qm̄ post mortē impossibile vobis erit vestre saluti ꝓuidere: qđ tñ nunc esset facile. Audi ergo o peccatoꝛ terribilē iudicꝫ cōminationē. Apo. iij. Si nō vigilaueris veniā ad te tāq₃ fur ⁊ nescies q̄ hora veniā ad te. Audite. Exēplū qđ ponit saluatoꝛ. Lu. xij. de eo q̇ dicebat Aīa mea mul. bona habes ⁊c̄. Cui dictū est. Stulte hac nocte repetent a te animā tuā ⁊c̄. Illi q̇ppe oīa mūdi gaudia ꝯuersa sunt in luctū. Vñ de q̊libet reprobo verificatur illud qđ habeť. j. Mach. j. Dies festi eius ꝯuersi sūt i luctū. sabbatū eius in opprobrium. honores eius in nihilum: ⁊ in gloriā eius multiplicata est ignominia eius. Et sabbata eius cōuersa sunt in luctum.

PRo tertio. Audistis ⁊c̄. Cauete ergo ne tantum iudicem impugnetis. Forte dicetis. Neq₃ impugnamus. Audite: lex dic̄. In maleficijs voluntas: non exitus inspicitur. C. ad legem corneliam De siccarijs. l. j. Et, C. His qui cum telo

ambulāt: Et sicut dicit̄.xiiij.q.v.scriptuz.
Deus plꝰ pensat voluntatē ꝙ̄ factū. At/
tendite. Siq̄s vestꝝ machinatꝰ est in ꝑdi
tionē regis ⁊ audiret ꝙ rex ꝓ certo venit
de ꝓditoribꝫ suis inq̄sitionē facturꝰ ⁊ eos
puniturꝰ: q̄ntum timeret ꝫ eiꝰ aduentū: p̄/
sertim si crimē vestꝝ sit notoriū. Expone.
Et nota ꝙ oīs pctōr q̄ntuz est in se ꝓdi/
tor est magni dei qd̓ conat̄ ponere in ma/
nu diaboli dū futiū deo debitū diabolo
exhibet. Propter qd̓ dt̄ Ber. in ꝑsona dn̄i
Quid cause est q̄ inimico vr̄o meoq̄ʒ potiꝰ
vultis seruire ꝙ̄ mihi.

Feria.vj.post primā dn̄icaz Aduētꝰ.

Abiciamus

a   ⁊c̄. Luceat lux vestra coraz
hoīb9 vt vi.o.ve.bo.⁊glo.
pa.ve.q̄ in ce.est. Mat.v. Abijcite g̊ ⁊c̄.
vt implere possitꝫ qd̓ saluator ait. Luceat
lux vestra ⁊c̄. Ubi sūt tria notāda. Opa/
tionis claritudo. Luceat: Affectiōis serti/
tudo: vt vi.o.v.⁊c̄. Intentōis rectitudo:
⁊ glorifi.⁊c̄. De p̄mo.j.Tim.iiij. Exēpluz
esto fidelibꝫ in ṽbo ⁊ ꝯuersatiōe. De scd̓o
Lu.xj. Qui ingrediunt̄ lumē videāt. De
tertio.j.Coꝝ.x. Oīa in glīam dei facite.
Abijciamꝰ ⁊c̄.

p   Ro p̄mo: An vna ꝑsona potuerit in/
carnari sine alia. Q, nō. Opa trinita
tis sunt indiuisa ad extra. Cōtra. Incar/
natio est vnio in ꝑsona. Alia aūt est ꝑsona
patris: alia filij.⁊c̄. Rn̄det Bona. in.iij
di.j. Absq̄ʒ dubio vna ꝑsona incarnari pt̄
absq̄ʒ hoc ꝙ alia incarnet̄. Rō. Deus ad
creaturā pōt dupl'r ꝯparari. In rōne p̄nci
pij creātis: et suppositi sustentificātis. In
p̄ma autē ꝯparatione necessario coīcant
tres ꝑsone: q̄ʒ in deo vnica est virtus ope/
ratiua. Secūda ṽo ꝯpatio pōt respicere
aliquā personā distincte. q̄ʒ ꝑsone differūt
ꝓprietate ꝑsonali. Om̄ g̊ in incarnatione
vnio nō tm̄ dicit habitudinē dei ad crea/
turam ꝑ modū cause: imo ꝑ modū suppo
siti. Hinc est ꝙ incarnatō pōt ꝯuenire vni
ꝑsone et nō alteri. Exemplū. Si tres pu/
elle vestiant vnā: indutio est a tribus: nō
tamē tres induūtur: sʒ vna sola. Hec Bo
nauentu. Pro fundamēto. Potest deꝰ

circa creaturā q̄cquid vult ⁊ eo mō q̄ vult.
Matth. vindocin. in Tob. Quippe crea/
turis vti diuia ptās iure potestatꝫ ad sua
iussa pōt. Etsi dicamꝰ ꝙ possit facere vt
termineт̄ relatō hūane nature ad vnā ꝑso
nam ⁊ nō ad aliā. Hoc etiā est ꝯsonū do/
ctrine phoꝝ q̄ dicūt: ꝙ distincta supposita
termināt relatōes distictas. Cū g̊ q̄ritur:
An vna ꝑsona ⁊c̄. Dic rn̄.vt s̄. Ex q̄ con/
clude: ꝙ opus incarnatiōis multis mōis
est sublimi admiratiōe dignissimū. Augꝰ.
in quodā ser. Sacramentū multū mira/
bile q̄ʒ sic factū est multū amabile: q̄ʒ pro
nobis factū est. Caueamꝰ g̊ ne simꝰ ingra
ti. Nā sicut dicit Bern. Nihil ita deo dis/
plicet p̄ſtim in filijs grē queādmodū ing̅
titudo: vias em̄ obstruit grē: ⁊ vbi fuerit:
grā accessum nō habet. O miseri pctōres
q̄ pctis vestris deū impugnatis q̄ vos tā/
tū dilexit ꝙ ꝓ vobis hoīem se fecit. O lu/
bricī: auari ⁊c̄. Heu q̄ntus ingtoꝝ est nu/
merus q̄ liberatorē suū ꝯtemnūt turpiter
ꝑsequūtur ⁊ q̄ntum in se est/hostibꝫ tra/
dunt. Figura.j.Re.xxiij. de habitatori/
bus ceyle q̊s liberauit Dauid de manibꝫ
philistinoꝝ: et tn̄ ingrati fuerūt et ita euz
ꝯtempserūt ꝙ vellēt eū tradere in manꝰ
Saul aduersarij sui. Uide ibi. Saul int̄/
ꝑtatur abutēs siue abusiuū eoꝝ: et signat
diabolū. Ceyle interꝑtat̄ tollens sibimet
aut tollens seip̄m: ⁊ signat ingratū q̄ ꝑ in/
gratitudinē sibimet tollit grām. Expone.
⁊ ꝑ Dauid intellige chrm̄ q̄ de manibus
philistinoꝝ.i.demonū missus a deo libe/
rauit genꝰ humanū: sʒ multi eū ꝯtemnūt
et q̄ntū est ex se: ipsuz christū diabolo tra
dunt cum seipsos q̄ nomen christianitatis
habent operibꝫ implicāt diaboli. Ideo di
uina gratia omnio priuādi sunt. Nam vt
dicit Ber. Ingratitudo est ventus vrēs
siccans fontem pietatis: rorem misericor/
die: fluenta gratie.

Ro secūdo: In p̄cedenti sermone
p   dictū est de p̄paratiōe ad expecta
tionem vltimi aduentus. Nunc g̊
et de cetero dicendū est de hoc vltimo ad
uentu vt nos amplius diligamus et dili/
gentius nos p̄paremus. Circa hunc ad/
uentū notande sunt septē ꝯsideratiōes
Prima est approbatiue certificatiōis.
Secūda est p̄mōstratiue significatiōis

Tertia est impatiue citationis.
Quarta est ordinatiue dispositiōis.
Quinta est reuelatiue manifestatiōis.
Sexta est discussiue redditiōis.
Septima est retributiue sententiatōis
Prima est ꝯsideratio approbatiue certifi-catiōis q̄ est duplex. s. p̄ testificatiōez ꝛ per ratione. In hoc ſmone dicemꝰ de prima. Est aūt de hoc aduētu triplex testificatio ꝯsiderāda: ꝓphetica: euāgelica: aplica. Prima est ꝓphetica Esa. xiij. Ecce dies domini veniet crudelis et indignatōis plenꝰ ꝛ ire furorisq̄ꝫ. Et Joel. ij. Cōturbent̄ oēs habitatores terre: q2 venit dies dn̄i: q2 ꝓpe est dies tenebrap̄ ꝛ caliginis. Et Eccs. iij. Uidi sub sole in loco iudicij impietatē: et in loco iusticie iniq̄tatē: ꝛ dixi i corde meo iustū et impiuꝫ iudicabit dn̄s ꝛ tp̄s oīs rei tūc erit. Scd̄a est testificatio euāgelica. Nā Matth. xxv. fit expssa mentio de futuro iudicio. Et Mat. xj. Ue tibi corozaim: ve tibi Bethsaida: q2 si in tyro ꝛ sidone facte essent ṽtutes q̄ facte sunt i vobis: olim in cinere ꝛ cilicio pn̄iaꝫ egissent. Uerūtamē q2 tyro ꝛ sidoni remissius erit q̄ꝫ vobis in die iudicij. Et Mat. xij. Uiri niniuite surgēt in iudicio cū generatōe ista et ꝯdemnabūt eā: q2 pn̄iam egerūt in p̄dicatiōe Jone. Ubi nota iuxta doctrinam mgr̄i in. iiij. di. xlj. q̄ minꝰ mali iudicabūt magis malos ꝯpatiue. i. eos ꝯdēnabiles ondent sui ꝯpatiōe. Tertia est testificatio aplica. j. Pe. iiij. Reddēt rōem ei q̄ paratus est iudicare viuos et mortuos. Et Ro. iij. An ignoras q2 benignitas dei ad pn̄iam te adducit Tu aūt ſm cor tuū durꝫ ꝛ impe. the. ti. irā in die ire ꝛ re. iusti iudicij dei q̄ reddet vnicuiq̄ ſm opa sua: his q̄dez qui sic p̄ bona opa gl̄iam et honorē: his ṽo qui nō acq̄escūt ṽitati ira ꝛ indig̃tio: tribulatio et angustia. Itē. ij. Cor. v Oēs nos manifestari optꝫ ā̄n tribu. chr̄i. Et btūs Judas in canonica sua di. Ecce dn̄s venit cū scīs milib9 suis facere iudiciū ꝯtra oēs ꝛ arguere oēs impios de opibus impietatis eoꝝ q̄bus egerūt: ꝛ de oībus duris q̄ locuti sunt ꝯtra deū pctōres impij. O q̄nta tūc erit ꝯfusio pctōrib9 duri et ꝑtinaces cogitare futurꝫ iudiciū. Nā sicut dicit Aug. li. x. de ciui. dei. Tenet ois eccl̄ia dei chr̄m de celo esse venturꝫ ad iudicādū vi. ꝛ mor. O pigri et carnales homines recordemi d̄ ṗmo aduētu de q̄ per multa milia annoꝝ clamatū est veniet: veniet: veniet inq̄ꝫ fortis ꝛ terribil' ad hūiliādos supbos: ad reprobādos luxuriosos: ꝛ tandē venit. Nūc de scd̄o aduētu tota scriptura clamat veniet veniet veniet inq̄ꝫ fortis et terribil' ad hūiliādos supbos ad reprobādos luxuriosos: ad arguēduꝫ auaros: ad ꝯdēnāduꝫ tandē eternis ignibus in corpe ꝛ aīa q̄sq̄ mi ſos pctōres. O peccator cur nō times? Audite angelū clamātem Apoc. xiiij. Timete dn̄m et date illi gl̄iam ꝛ honorē q2 venit hora iudicij eiꝰ. O p̄lati et viri eccl̄ie. O p̄ncipes ꝛ milites O iudices ꝛ doctores: o ph̄i et aduocati: o iuuenes delicati: et senes inueterati: O mercatores ꝛ artifices: o agricultores timete deū timete deū: q2 venit hora iudicij eiꝰ. O q̄miserrimi q̄ nō timēt: q̄ pn̄iaꝫ nō agūt q̄si p̄sumētes q̄ deꝰ nollet eos dānare. Exēplū de hoc in li. de dono tioꝫ. Sacerdos vsurariū monebat q2 grauiter infirmabat̄ di. Tria sunt tibi necāria vicꝫ de pctīs dolere: et plene ꝯfiteri: ac iniuste habita restituere. Et ille ait: Etsi duo p̄ma feceri: tertiū tn̄ nūq̄ꝫ. Neq̄ꝫ ait sacerdos saluari ḡ poteris. Et ille ait: Dicunt ita sacerdotes: sapiētes ꝛ scp̄ture. Et ait illi sacerdos: ita certe: Et ifirmꝰ ait: Uolo ꝓbare an veꝝ dicāt: q2 nihil restituā: et sic misere mortuꝰ est. Pensate itaq̄ꝫ q̄ nō sunt vane voces scp̄turaꝝ q̄ ve pctōribus sonāt. Esa. j. Ue gēti peccatrici. ꝛ Apoc. viij. Ue ve habitā. in ter. i. terrēis deditis (lux. ꝛc.

P Ro tertio Audistꝫ ꝛc.

Cauete nedū venerit inueniat in vobis signū aduersarij sui. Et notate q̄d dr̄ lex. Insignia nobilia inuēta sunt ad distinctionē dn̄oꝝ ꝛ nobilitatū. ff. de reꝝ diuisione. l. scīn. Et attēdite q̄m grauit̄ regē offendit q̄ aduersarij sui insignia capit: ꝛ grauiter puniēdꝰ est. Nā vt hr̄. vj. q. j. Quero §. Siq̄s. Graui pena punit̄ crimē lese maiestatis. Notate: Si rex hāc ciuitatē liberauerit a dura ſuitute ꝛ tn̄ post eiꝰ recessū ciues se subijcerēt inimicis ꝛ insignia inimici ponerēt sup muros ꝛ portas ciuitatꝫ ꝛ nūciatū esset eis pluries: rex veniet cito ꝛc. An nō timerēt p̄ditores. Expōe notādo illō Heb. j. Qui venturꝰ est veniet ꝛc.

Sabbato post primã dñicam aduent⁹.

Biiciamus

a rc. Uirtutes annũcietis e⁹
q̇ de tenebris vos vocauit i
admirabile lumẽ suũ.pme. Petri.ij. Abij
cite ġ rc. vt vicz ṽtutes ei⁹ rc. Ubi tria
notãda: Primũ saluatoris exhortatõ: vir
tutes annũc. rc. Exhortatiõis rõ: q̇ de te-
ne. rc. Et rõnis ꝯfirmatio: in admirabile
lu. rc. De pmo Ps. Annũciate de die in
diẽ salutare ei⁹: ãnũciate inter gẽtes glo.
eius. De scõ o.ij. Thes.v. Uos nõ est; in
tenebris. De tertio Col.j. Dignos nos
fecit in par tẽ sortis sctõꝝ in lumine.
Abijciam⁹ rc.

p Ro pmo An magis decuerit filium
icarnari q̃ȝ patrẽ aut spm̃sanctũ. Q,
nõ. Creatio attribuit maxime potẽtie pa
tris: ġ et recreatio. Contra. Magis decet
mediã psonã tenere rõez mediatoꝝ. Re
spondet Bonauẽ. in. iij. di.j. Cõuenieti⁹
fuit triplici rõne sumpta ex psona repante
Persona em̃ verbi d̃r imago: fili⁹: et ṽbũ:
Quia imago/sibi ꝯgruebat r̃pare hoiez q̇
ad imaginẽ dei fact⁹ ẽ. Quia fili⁹ natural:
reducere debebat hoiez ad filiationẽ ad-
optiuã. Quia verbũ/sibi ꝯpetebat nobis
manifestare patrẽ cũ verbũ sit noticia de-
claratiua. Et sic pr̃ p ṽbũ oĩa fec: sic p ṽbũ
oĩa refecit. Hec Bona. Pro fundamto
Premittam⁹ admirationẽ q̃ndam de my
sterio incarnatiõis iuxta ṽba Mat. vin-
docinen. in Tob. Ponit in orbe sator geni
trix fit filia patrꝭ Et geniti lactat filia ṽ-
go patrẽ. Et ꝓpter q̇d oĩa: vt p eũ q̇ est fi-
lius dei natural efficerem⁹ filij adoptiui:
qm̃ vt d̃r Aristo.ij.metaph. Oẽ qd̃ est tle
p participationẽ reducit ad id qd̃ est tale
p essentiã: Cũ ġ q̃ritur An magis rc. dic
rñ. rc. Ex q̃ ꝯclude q̃nta sum⁹ obligatiõe
astricti ei q̇ tã ꝯuenieter nr̃e miserie ꝯde-
scendit. Jõ bñ d̃r Apls Titũ.ij. Apparuit
benignitas z hũanitas saluatoris nr̃i dei
O fatui pctõres q̇ nõ timetis tãbenignuȝ
redẽptorẽ offẽdere: lubrici: auari rc. Cer
te si ingti tãto bñficio dñm d̃relinq̃tis ipe
abijciet vos. Figura Judic.ij. Filij israel
ingti deo q̇ eos eduxerat de terra egypti
fecerũt malũ in ꝯspectu dei ṽuientes dijs
aliẽis baal z astaroth: derlinq̃ntes dñm.
Jõ dñs irat⁹ deiecit eos z tradidit i ma-
nibꝫ decipientiũ rc. Baal interp̃taĩ deuo
rator: et signat auariciã. Astaroth interp̃
taĩ cubiculũ: et sigt libidinẽ. Expone: qm̃
mlti ingti nõ recognoscẽtes dei miscdiaȝ
quã oñdit i r̃dẽptiõe gñis hũani ṽuiũt istꝭ
vicijs: iõ dñs eos abijcit a se et reliq̇t i ma
nibꝫ demonũ.ij. Paral.xv. Si dereliq̃ri-
tis eũ ipse derelinq̇t vos.

p Ro scdõ. Jn pcedẽti rc. Nũc d̃ alia
approbatione certificatiua.s.p rõem.
Recta q̇ppe rõ satis ꝯcludit futuꝝ esse d̃i
iudiciũ. Dicit ei Ans. De⁹ est q̇ nihil ma
ius aut meli⁹ cogitari põt. Oĩs ġ ratõ bñ
ordinata dicit deũ esse summuȝ bonũ: sũ-
me iustũ: sũme sapientẽ: sũme potentẽ: et
sũme misicordeȝ. Cũ ġ sit sũme bon⁹: oĩa
pctã sibi sũme displicẽt. Cũ sit sũme iust⁹:
sũme vult ea punire. Cũ sit sũme sapiẽs:
oĩa clarissime videt z om̃ia vult reducere
ad rectũ ordinẽ. Et cũ sit sũme potẽs: ni-
hil est qd̃ possit eũ in his impedire. Cum
ṽo sit sũme misicors: sũme vult oĩa bona
remunerare. Manifestũ est aũt ꝙ in pñti
nõ fit oĩm pctõꝝ punitio: nec oĩm bonoꝝ
remuneratio cũ multos magnos pctõres
vides mltas hr̃e psperitates: z mltos d̃o
ṽuientes graues sustinere tribulatiões: ġ
necesse est vt alibi fiat oĩm iudiciũ in q̇ rc.
Forte dices: Naũ.j. d̃r: Nõ iudicabit dñs
bis in idipm: sed in morte de singlis iudi
cat: ġ nõ erit aliud iudiciuȝ in fine mũdi.
Rñsio ẽm Rich. di.xlvij. Judiciũ qd̃ fit in
morte est singlare. i. de psona singulari: et
partiale. i. sup partẽ hois. s. aĩam. Est etiã
multis ignotũ. Judiciuȝ aũt finale hẽbit
ꝯdiciões oppositas. Erit ei gñale. s. oĩm:
totale. s. sup totũ hoiem: aĩam vicȝ z cor-
pus: z cũctis manifestissimũ. Nõ ġ puniet
deus bis in idipm: sed qd̃ deerat supad-
dit. Attendite ġ: Pensem⁹ q̃nta sit nobis
necessitas bñ viuẽdi si volum⁹ securi ꝯpa
rere tam in particlari q̃ȝ in generali iudi-
cio: et damnatõis sniam euadere. Utilis
pfecto est multũ huius recordatõ: pcipue
ꝓpter tria.

Primo ad emolliendã cordis duriciã.

Secũdo ad agendã pro delictis peni-
tentiam.

Tertio ad excitãdaȝ bone opatiõis d-

ligentiam

Primo rc̄. Ex ꝯsideratione eīn iudicij terret cor et sic emollit Job.xxvj. Dn̄s emollivit cor meum ⁊ ops ꝯturbauit me. Greg. xvj.moral. Ex diuino munere cor emolliri dicit qn̄ supni iudicij timore penetrat: Nec mir qm̄ sicut dr̄ Ecci.xx. Cor dur male hēbit in nouissimo. Et Bern. in qdaȝ ep̄la: Veniēt dies qn̄ plus valebūt corda pura ꝙ̄ astuta v̄ba: ꝯsciētia bona ꝙ̄ marsupia plena: qm̄ qdeȝ iudex ille nō flectet donis: nec falsis v̄bis fallet. Et Hiero.ad helio.de ꝯtēptu mūdi: Veniet dies illa in q̄ corruptibile h̄ ⁊ mortale induet incorruptionē ⁊ imortalitatē rc̄. Sequit: Potētissimi qndā reges corā illo iudicio nudo latere palpitabūt. Exhibebit cū ple sua ven⁹:tūc agnit⁹ iupiter: Aristotelis argumēta nō ꝓderūt. Tūc tu rusticanus ⁊ paup exultabis ⁊ dices: Ecce crucifixus de⁹ meus est: hic est q̄stuarie fili⁹ hic mr̄is gestatus sinu:hoim de⁹ fugit in egyptū. Scd̄o valet ad agendū ꝑ delictis pn̄iaȝ. Vn̄ Act.xvj.dicebat Paulus. De⁹ nr̄ annūciauit hoīb⁹ vt oēs vbiqꝫ penitentiā agāt: eo ꝙ statuit in q̄ iudicatur⁹ est orbē terre in eq̄tate. Jd̄o Hieron̄.ad Sabinianū diaconū lapsu: Parce q̄so aie tue ⁊ crede futur dei iudiciū. Jtē idē hierony.ad asellā de futuris amicis: Añ tribunal chr̄i stabim⁹:ibi patebit q̄ q̄sqꝫ mente vixerit. Audite ḡ pctōres illud Job.xix. Fugite a facie gladij q: vltor iniq̄tatum gladius est: ⁊ scitote esse iudiciū. Tertō ad excitandā bone opatiōis diligentiā:nō saluator Matth.xxiiij.postꝙ̄ locut⁹ est ō suo aduētu ad iudiciū:postea dixit: vigilate.s.in bonis opib⁹:q:.s.nescitis q̄ hora dn̄s v̄r ventur⁹ sit. Jō dr̄ Pau. Gal.vj.Dum tp̄s habem⁹ ope.bo. Narrat Petr⁹ alfonsus:ꝙ quidaȝ sctūs eremita ne obliuioni traderet:hec habebat scp̄ta p̄ oclis ⁊ freq̄nter ea in orōne ⁊ meditatiōe ruminabat di. O aia mea recognoscas q̄d opaꝛ dū potestas est in manu tua anteꝙ̄ mouearis de loco tuo: anteꝙ̄ venias ad locū in quo est iusticia ⁊ iudiciū vbi leges oīa q̄ fecisti in rotulo ꝯsciētie: vbi āgeli a dextris ⁊ a sinistris tuū denud abūt ꝯsiliū: vbi oēs amici tui te deserēt ⁊ obliuioni te tradent Memēto ḡ dum potes creatoris tui:hec sepe reuoluēs fremebat tremēs:⁊ flebat: Nec mir qm̄ sicut habet Eccs.xj. Si mltis annis vixerit hō ⁊ in oibus his let⁹ fuerit:meminisse debet tenebrosi tp̄is ⁊ dierum mltoꝝ q̄ cū venerint vanitatis arguent p̄terita: hec crebri⁹ cogitate. Talis eīn meditatio sollicitū facit hoiem in bonis agēdis. Et multū valet ad alleuiandū pn̄tis vite labores. Grego.in omel. Dīe illū fratres charissimi an̄ oculos v̄ros ponite: et q̄cquid mō ꝯtrariū inuenit: in eius cōparatione leuiat.

Ro tertio. Audistis rc̄. Nūc ḡ veniā humilr ab eo postulate vt corā eo securi valeatis ꝯparere. Et notate ꝙ dr̄ lex C.de sum.trini.⁊ fi.ca.l.vl. Delicti veniā penitētibus indulgem⁹. Et.xxiij.q.ij.legatur. Peccati venia nō datur nisi correcto. Et.xxiij.q.vij. Queadmodū nemo p̄t gaudere se correctū nisi prius doleat se fuisse puersum. Cauete ne sitis similes insensato qui iocalia regia furat⁹ cum benigne suaderet a rege vt restitueret veniaȝ postulans:et sic ei misericordia fieret: al's iudiciū mortis incurreret. Sed omnino ille nō curat:ꝑpter quod durum iudicium mortis incurrit. Expone rc̄. Et nota ꝙ oīs peccator est fur respectu dei:quoniā bonis eius abutit. Agite ergo peccatores penitentiam. quoniā vt habet Luce.xiij. Nisi penitentiaȝ egeritis omnes simi' peribitis.

Dominica.ij.aduentus Mane

Abijciamus

rc̄. Populus sion ecce dominus veniet ad saluādas gentes. Esaie.xxx.⁊ in Jntroitu misse.

Abijciamus ergo rc̄. qm̄ dominus rc̄. Sunt autē ibi tria notāda. Populi excitatio populus sion. Excitati informatio: ecce dn̄s rc̄. Jnformati consolatio: ad saluandas gentes. De p̄mo Ps̄. Elegit dominus sion. De secūdo Heb.x. Qui venturus est veniet et nō tardabit. De tertio Mat.ij. Jpse saluū faciet ꝑplm suū.

Abijciamus rc̄.

Ro primo. An filius dei veram carnem assumpserit. Q, non

Gal. v. Caro cõcupiscit aduersus spũm:
sed in christo nulla fuit cõcupiscẽtia. Con
tra Lu. vl. Palpate ⁊ videte qꝛ spũs carnẽ
⁊ ossa nõ habet sicut videtis me habere.
Rñdet boñ. in. iij. dis. ij. Circa hoc fuit
triplex modus dicẽdi. Primꝰ ꝙ chri caro
fuit phantastica qꝛ indecens videt̃ deum
vniri nature corporee. Sꝫ ꝯtra. si sic. non
fuit ꝑfectus homo nec ṽe passus. Scđs
ꝙ habuit verã carnẽ: sꝫ dicũt chrm eã at-
tulisse đ celo. Sꝫ ꝯ scriptura testat̃ eũ fuis
se de semine dauid ſm carnẽ. Isti sũt duo
modi heretici. Tertiꝰ modus dicẽdi est
verus ⁊ catholicus. scꝫ ꝙ chrs verã carnẽ
habuit. Nec eñi decebat inuenire deceptõ
nẽ nec imꝑfectionẽ. Qđ aũt dicit Apl's.
Caro ꝯcupiscit: hoc intelligit̃ de carne in
q̃ viget fomes cõcupiscentie. Hoc bona.
Pro fũdamẽto. In mysterio incarna-
tionis. nihil fuit phantasticum: sed pura
veritas. Ad hoc facit quod dicit com-
mẽtator. ij. metaph. Deꝰ est prima ṽitas
a quo omnia alia et veritatem ⁊ esse ac-
ceperũt ⁊ accipiũt. Propterea elegant̃ di
cit Matth vindociñ in tob. Felix ꝯiugiũ
dũ sacra maritant. Auricule verbũ fit ca-
ro p̃re carus. Cũ ergo q̃ritur. An filiꝰ dei
⁊c̃. Dic ñ. vt sup̃. Ex q̃ cõclude mirandã
in nos dei miscđiam ⁊ benignitatẽ. Ber.
in ser. de epi. Apparuit dei potentia in re
rũ creatione: apparebat eius sapia in eaꝝ
gubernatiõe. Benignitas aũt eiꝰ maxie
apparuit in humanitatis assumptiõe. In
quo eñi magis poterat cõmendare suã be
nignitatẽ q̃ꝫ suscipiendo carnẽ meaꝫ. O
miseri ⁊ stultissimi pctõres. Filiꝰ dei as-
sumpsit carnẽ vestrã ⁊ vos respuitis imi-
tari puritatẽ suã. O fatui fornicatores: ra
ptores fraudulẽti: mercatores ⁊c̃. Agno-
scite dñi benignitatẽ q̃tã euidenter osten
dit in hũane carnis assũptiõe. Figura.
Matth. ix. A muliere sanguiflua q̃ imũ-
da erat ſm legem se ꝑmisit tangi: sicqꝫ eã
sanauit. Spũalit̃ sic a muliere sanguiflua
se tangi voluit qñ carnẽ humanã assum-
psit similẽ vtiqꝫ carni q̃ in pctm̃ defluit sic
qꝫ eã sanauit. Ipe est eñi de q̊ ait ps. Qui
sanat oẽs infirmitates eius.

p Ro scđo. Supra de ꝑma: hic đ scđa
q̃ ẽ ꝯsideratio ꝑmõstratiue signati
onis: vbi sunt tria cõsideranda.

Primũ est elemẽtoꝝ et superioꝝ crea-
turaꝝ mirabilis mutatio.
Scđm est hmõi signoꝝ notabil' expositio
Tertiũ est iniquitatis ⁊ vicioꝝ dãnabi-
lis inundatio.

Hic de ꝑmo: vbi sunt tria cõsideranda
corpoꝝ elemẽtariũ trãsmutatõ. Corpoꝝ ce
lestiũ trãsformatio. Virtutũ superioꝝ cõ
motio. Primũ igit̃ est corpoꝝ elemen
tariũ transmutatio. Vide in alio aduen-
tuali in hac dñica.

p Ro tertio. Audistis ⁊c̃. Cauete ne
maneatꝭ indurati. Et notate qđ lex
dicit. Omnis cõtumacia ẽ puniẽda. ff. de
re militari. l. Omne delictũ. §. Cõtuma-
cia Et. ij. q. iij. Quãto. In ꝯtumacia per-
sistentibꝰ seueritas est oñdenda. Notate.
Siq̇s regẽ et curiã grauiter offenderit:
⁊ rex volẽs eũ ad emẽdationẽ trahere ostẽ
dit ei ꝑ lr̃as nũcios ⁊ modos alios ꝙ gra-
uẽ est de eo vindictã facturꝰ vt sic timore
correptus veniat ad miscđiam hũilit̃ po-
stulandã: ⁊ nihilo minꝰ in errore ꝑmaneat
fatuũ dicis eũ an prudẽtẽ? Certe credo ꝙ
fatuũ ⁊ grauit̃ puniendũ. Expone. ⁊c̃. Sꝫ
heu sicut dr̃ puer. xxviij Viri iniqui nõ co
gitant iudicium.

Dñica secũda aduẽtꝰ post meridiẽ.

Abiicianus

a ⁊c̃. Auditã faciet dñs gl'iaꝫ
vocꝭ sue in leticia cordis vr̃i
Esa. xxx. Abijciamꝰ ⁊c̃. vt audiamꝰ gl'iaꝫ
vocis sue. Ibi tria sũt cõsideranda.
Promissiõis sublimitas. Auditam faciet
dominus gloriam.
Sublimitatꝭ securitas: vocis sue: que mẽ
tiri non potest.
Securitatꝭ iocũditas: in leticia cordis ve
stri. De ꝑmo. ij. pe. j. Maxima ⁊ p̃ciosa
vob. ꝑmissa donauit ⁊c̃. De scđo. Jo. xiiij.
Ego sum via: ṽitas: ⁊ vita. De tertio. ps.
Letetur cor querẽtiũ dñm.
Abijciamus ⁊c̃:

p Ro ꝑmo. An filꝰ dei assumpsit aĩaꝫ
rõalẽ. Q, ñ. Jo j. Verbũ caro factũ
est: vbi fit mẽtio de sola carne. Cõtra. Di
cit athanasiꝰ. Perfectꝰ deꝰ ꝑfectus hõ ex
aĩa rõnali ⁊ hũana carne subsistẽs. Rñdet
boñ. in. iij. dis. ij. Circa h̃ triplex fuit modꝰ

dicēdi. Duo heretici ⁊ terti⁹ catholicus.
Prim⁹ est Ennomij di. ꝙ diuinitas erat
ei loco anie. Sed ꝯtra. Diuinitas nullius
pōt esse forma ꝑfectiua. Scđs ꝙ chrs ani
mā habuit sed solū sensificātē: nō rōnalē
q: ad actus partis intellectiue sufficiebat
virtus ꝑsone increate. Sed ꝯtra. Si aiaȝ
rōnalem nō habuit: ḡ nō fuit ver⁹ hō. Jō
est tertius modus dicendi catholicus: ꝙ
chrs assumpsit verā carnē ⁊ verā aiam cū
suis potētijs vegetabili: sensibili: ⁊ rōnabi
li. Rō. Chrs assumpsit naturā humanaȝ
vt esset mediator dei ⁊ hoīm. Et q: ꝑfect⁹
mediator: iō ꝑfect⁹ de⁹ ⁊ ꝑfectus hō: ⁊ q:
ꝑfectus hō idō habuit corp⁹ cū oib⁹ mē-
bris: et aiam cū oibus potentijs. Rursus:
q: ꝑfectus mediator iō ꝑfectus ꝯprehen-
sor et ꝑfectus viator: ꝑfectus in ꝯtēplatō
ne ⁊ ꝑfectus in actiōe ⁊ ꝑfectus in passi-
one. Et ad hec oīa sequit ꝙ habuit veraȝ
subam anie. Cū aūt dicit: Verbū caro fa
ctū est: accipit caro ꝓ tota natura hūana
ꝑ synechdochen. Hec Bonauen. Pro
fundamto: Decētissimū fuit vt redēptor
nr̄ essȝ ver⁹ hō. Galfred⁹ in poetria nouel
la regla iuris dixerat: vt sicut hoīes falla-
citer hostis mortificauit: ea forma subtilr
hostē mortificaret hō captū diuinitatȝ ab
hamo. Et cū in hoīe sint due partes. s. cor
pus ⁊ aia. tñ iuxta phm tā in. j. ꝙ̄ in. ij. de
ania: Ania est melior et nobilior corpe: et
ita pncipalior pars hoīs. Cū ḡ q̄rit: An fi
lius dei ⁊c. Dic rñ. vt s. Ex q̄ ꝯclude ꝙ̄ de
uote nos totalit in ei⁹ reuerētia debem⁹
impēdere q̄ se nobis in tota nr̄a hūanita-
te voluit ꝯformare vt nos solueret a vin-
culis diaboli. Juxta illō Phil. ij. In sili-
tudinē hoīm factus ⁊ habitu inuētus vt
hō. O pctōres miseri q̄ vos potius dia-
bolo ꝯfiguratis ꝙ̄ chrō cū se chrs vobis
sic ꝯfigurare voluerit. Audite fraudulēti
mēdaces: raptores ⁊c. Et generalit oēs
pctōres ꝯformari chrō studeatis q̄ se vo
bis ꝯformauit vt vos a captiuitate libe-
raret. Figura Dañ. iij. Cū sidrac: misa-
ac ⁊ abdenago extītibus in fornace appa-
ruit angelus in forma hūana soluens eos
a ꝯpedib⁹ ⁊ liberās eos ab ardore ignis
⁊c. Expone: quia filius dei in forma hūa
na soluit gen⁹ humanū ⁊ liberauit ab ar-
dore ignis ire dei. Et nota: sidrac interꝑ-
tatur decorus vel decor. Misaac: q̄s vel
risus: vel q̄s de gaudio. Abdenago seru⁹
tacens. In his figurat qm̄ hi ꝑticipāt fru
ctum incarnatiōis dñice q̄ sunt decori in
ꝯsciētia ⁊ in leticia spūali deo seruiūt tacē
tes cū patientia ⁊c. Ps. Jubilate deo oīs
terra. s. ꝓpter incarnatiōis mysteriū: seruit͛
te dño in leticia.

p Ro scđo. In ꝑcedēti ſmo. dictū ē de
creaturaꝝ mirabili mutatiōe. Nunc
de hmōi signoꝝ notabili expōne. Ubi sūt
tres instructiōes notāde.

Prima memorande ratiōis.
Scđa desiderande ꝯsolatiōis.
Tertia obſuande exhortatiōis.

Prima est memorāde rōis ꝓpter qđ talia
ꝑcedent iudiciū. Est āt triplex rō: Prima
ꝓpter fiende ꝯsūmatōis designatōnē. Nā
sicut a pncipio lumiaria lucētia posita sūt
in celo q̄si ondentia mundū inceptū. Sic
in fine amittēt lumē suū vt ostēdant mun
dū deficere. Chrys. sup Matth. Patrefa
milias moriente domus eius turbat ⁊ fa
milia plāgit ⁊ nigris se vestib⁹ vestit. Sic
humāo genere (ꝓpter quod facta sunt o-
mnia) circa finē cōstituto: celi lumiaria lu
gent et candore deposito tenebris induūn-
tur. Et sic dicendū ꝓpter eandē causam fu
turas esse transmutatiōes insolitas in ele
mētis et alijs. Secūda est ꝓpter horrē
de vindicatiōis ꝯminationē: sicut quādo
paterfamilias vehemēter ꝯtra aliquē ira
scitur: oēs eius domestici ad domi vin-
dictam animant: et iniuriāti terribiliter
ꝯminantur: sic (vt dicit Sapie. xvj.) oīs
creatura factori deſuiens excandescit in
tormētum contra impios ad vindicādas
scȝ iniurias creatoris. Mutationes ergo
terribiles in creaturis erūt quasi horribi
les cōminationes. Sicut eñ dicit Sapie
.v. Armabit deus creaturā ad vltionem
inimicoꝝ. Naȝ hoc exigit iusticia: Sicut
dicitur Sapiētie. xj. Per que quis peccat
per hec et torquetur. Peccant autē homi
nes omnib⁹ creaturis abutendo. Ideo vt
dicit Gregorius: quia in cunctis delinqui
mus: in cunctis ferimur: vt impleatur qđ
dictū est: Pugnabit ꝓ eo orbis terraruȝ ꝯ
insensatos: Sapie. v. Omnia nanq3 q̄ ad
vsum vite accepimus: ad vsum cōuerti-
mus culpe ⁊c. Tertia ꝓpter tremende

sententiatiōis pfiguratiōnē. q̄r sicut dicit
Gre. Multa mala debēt pcurrere vt ma
lum valeāt sine fine nūciare. Si itaq̄ tre/
ment homies vidētes isolitas tenebras:
pensate q̄ horrendū erit tenebras inferni
irremediabilit' intrare si tāhorribiles erūt
elementoꝝ et aliaꝝ creaturaꝝ cōmotiōes
Etsi timēt hoies nocturnos strepitus: co
gitate q̄ntus erit horror r̄probos audire
vocē filij dei exprobrātis: ad cuius vocis
sonitū celum et terra mouebunt'. Sicut ḡ
pmus chri aduētus multiplicit' fuit pfigu
ratus vt cum maiori deuotione susciperet':
sic et scōs aduētus multiplictier procla/
matus et multis terribilib9 signis pmon
strabit': vt qui boni sunt ad meliora puo/
cētur: mali vo ad penitentiā citius ꝯuer/
tātur. Impenitētes aūt inexcusabiles oi/
no reprobent'. Grego. in omel'. Saluator
noster nos paratos inuenire desiderās se/
nescentē mundū q̄ mala seq̄ntur denūciat
vt nos ab amore eius ꝯpescat. Scōa in/
structio est desiderande ꝯsolatiōis. de q̄
vide in alio aduētuali fer. ij. post. ij. dn̄icaz
Tertia est obs'uande exhortationis: de q̄
vide ibidem.

p Ro tertio. Audistis ꝛc. Audi pctōr
velis nolis corā summo iudice cōpa/
rebis: Vigila igit' ne aīa tua cum vicioꝝ
feditate ibi ꝯpareat. Nā sic habet'. l. Ju/
lianus. ff. ad exhi. §. Preterea. Condēnan
dus est aliq̄s vt exhibeat rem cuz oibus
suis vtilitatib9 ꝛ cōcomitantijs. Videte
ḡ ne sitis de numero seruoꝝ inutiliū. Nec
solum respiciēda sunt opa: sedetiā circū/
stantie opeꝝ: vicz tp̄s: causa: volūtas: pso
naꝝ differentia. xxiij. q. viij. Occidit. Et
de pe. dis. ij. Ut cognouerūt. §. Opponit'.
Audite. Si sentiretis vos offendisse re/
gem vel ex ope vel ex opis circūstātia: ꝛ ti
meretis q̄ regis indignatio vos a regno
deijceret aut in carcerē detruderet: aut le
onibus deuorādū traderet: Nōne facere/
tis quod possibile esset pro vestra recōci/
liatione: Certum est q̄ sic. Expone ꝛc. O
miseri cur sic aīas negligitis de q̄b9 p̄ cete
ris curam habere deberetis. Deuter. iiij.
Animā tuā sollicite serua.

Feria. ij. post dn̄icam. ij. aduētus.

Abijciamus

a ꝛc. Qui regis israel intende
qui deducis velut ouē Jo/
seph. Ps. xcj. et in Introitu misse. Abijci
amus ḡ ꝛc. vt securi dicam9 dn̄o: Qui re
gis israel intende ꝛc. Ubi tria notāda
Saluatoris inuocatio freq̄ntanda: inten
de. Inuocati ꝯdicio memorāda: qui reg'
et qui deducis. Inuocātis dispositio pcu
randa: israel ꝛ Joseph velut ouem. De p
mo Ps. Intēde in adiutoriū meū domie
deus salutis mee. De scōo: Hic est deus
deus noster in secl'm et in seculū seculi ipe
reget nos in secl'a. De tertio. Num. x. Do
minus pmisit bona isrl'. Et Zach. x. Do/
mū Joseph saluabo ꝛc.

Abijciamus ꝛc.

p Ro pmo. An caro fuerit nature diui
ne vnita mediāte aīa. O, sic. auto/
ritate Damas. Unitū est carni verbū di
p mediū itellectū. ꝯ. Soluta media soluū
tur extrema: ḡ si dicas Unitur carni me/
diante aīa. facta separatiōe aīe a carne
fiet sepatio a deitate: qd̄ falsum est: vt pa
tuit in morte chri. Rn̄det Bonauē. in. iij.
dis. ij. Dupl'r ꝯcurrere pōt mediū ad vni/
onez aliquoꝝ. Mediū colligantie p quod
extrema ligant' ad inuicē: sicut duo corpa
glutino. Et mediū ꝯgruētie rōne cui9 cō/
gruū est aliq̄ vniri: sicut mlier nobilis me
diante congruētia habz q̄ sit sponsa regis
Primo mō non mediat anima in vnione
carnis ad verbum: quia immediate ꝛ in/
separabiliter verbū vnitur tam anime q̄
carni. sz bene scōo mō: q̄r ꝯueniēs nō erat
q̄ dei verbū acceperit corpus inanimatū
Hoc Bonauen. Pro fundamēto: vilis
condiciōis est caro aīa seclusa. Un̄ mat.
vindocineñ. in Tob. Est caro vas luteuz
vas lamētabile: fenū aridulū: fragilis gle
bula: saccus olēs. Nec est in corpe vita ni/
si ab aīa. Un̄ dt Arist. ij. de aīa. q̄ aīa est
cā corpis in triplici gn̄e cause. s. formalis:
efficiētis: ꝛ finalis. Querit' ḡ An caro ꝛc.
Dic rn̄. vt s̄. Et q̄ ꝯclude q̄ ꝓpter honorē
chri q̄ carnē assūpsit ꝛ aīaz debem9 sp car
nē subijcere spūi q̄ fact9 est ad imaginē di
Nā vt Paul9 dt: Qui chri sunt carnē su/
am crucifixerūt cū vi. ꝛ ꝯcu. Gal. v. Audi
te carnales ꝛc. Chrus em̄ verbo ꝛ exēplo

ꝯdemnauit sensus carnales in subiectiōꝫ
spūs. Figura Josue. ix. Gabaonite men
tiētes pactū fecerūt cū filijs israel ne inter
ficerent: sed fraude ꝯtra Josue ꝯdemna
uit eos ad portandū aquā ꝛ ligna cedēda
Gabaonite interpretantur valles mesticie
seu ꝓcliues iniq̄tatis. Et recte significāt
carnales sensus: q̄ spm̄ ad iniq̄tatē ꝛ val
lem gehēne inclinare conant. Et volunt
pactū facere cū ratiōe ꝛ volūtate ne mor
tificentur. Josue interpretatur saluatio
siue saluator: ꝛ est christus qui ꝯdemna
uit eos ad aquas tribulationū portādas:
et labores suscipiēdos in seruitiū diuinū
et obsequiū anime. Naꝫ vt dicit Ambro.
lib. de offi. Incassum ꝯtra exteriores ini
micos bellum geritur si intra vrbis me
nia insidie habeātur. q. di. Si velim⁹ vin
cere mundū et diabolum/ ꝑmo deprimendi
sunt sensus corꝑales qui sunt spiritus ꝓdi
tores.

PRo scdo. Supra in scda ꝯsideratōe
ꝑncipali ꝓposuimus tria deducenda
Et iā dictū est de duobꝫ ꝑmis. Nūc ergo
dicendū de tertio qd est iniq̄tatis et vici
orum inundatio: qm̄ vt dr saluator Matt.
xxiiij. Abūdabit iniq̄tas: Cuius abundā
tie ad pn̄s est triplex cā ꝯsiderāda.

Prima dolenda charitatis infrigida
tio.

Scda fugienda suꝑꝑius dilectio

Tertia horrēda sathane solutio.

Prima ꝛc. Matt. xxiiij. Refrigescet cha
ritas mltoꝝ. Sic ei senescēte microcosmo
.s. homie solet calor naturalis diminui: sic
maiori mōdo senescēte charitas q̄ est calor
vite spūal refrigescet ꝛ pene deficiet: Ait
eīn Arist. ꝙ seniū est frigidū ꝛ siccū ꝛ mo
ribundū. Erit ḡ mundus senescens frigi
dus ꝑ defectū charitatis: ꝛ siccus ꝑ defe
ctum deuotiōis: heu heu infrigidata ē cha
ritas in deū: qd patꝫ si ꝯsiderem⁹ ꝙ̄ inde
uote seruit deo: ꝙ̄ multiplicit contemnit
et blasphemat: de charitate ꝟo ꝓximi q̄n
tum iā friguit: clamāt nudi: clamāt fame
lici: clamant inedia morientes: relegata est
misericordia a filijs hominū: clausa est ia
nua pietatis: cōtracta est largitas nisi illa
que vanitati deseruit: Aruit fons cōpas
sionis. Et quid restat nisi vt cito fiat iudi
cium sine miscdia his q̄ nō fecerūt miseri
cordiam. Jaco. ij. Satis nūc videm⁹ im
pletū illud Osee. iiij. Nō est veritas: nō ē
miscdia: nō est sciētia dei in terra. Se
cunda est fugienda suꝑꝑius dilectio. de q̄
.ij. Tim. iij. Scito q2 in no. tēporibꝫ instāt
t. pi. ꝛ erūt hoies seipos amātes. s. sꝫ car
nem: q̄ amor ꝯtrariat charitati. Et sicut
ex charitate oēs ꝟtutes pullulant: sic ex
inordinato amore sui oia mala Aug. xiiij.
de ciui. dei. Ciuitates duas fecerūt amo
res duo: ciuitatē dei amor dei vsqꝫ ad cō
temptuꝫ sui. ciuitatē ꝟo diaboli: amor sui
vsqꝫ ad ꝯtemptū dei. Vn̄ post illa verba
Erūt hoies seipos amātes: subdit apls:
Supbi: cupidi: elati: blasphemi: parētibꝫ
nō obediētes: ingrati: scelesti: sine affecti
one: sine pace: criminatores: impatiētes:
immites: sine benignitate: ꝓditores: ꝓ
terui: tumidi: voluptatū amatores mag
ꝙ̄ dei. Osi q̄s occulta cordiū videret: oc
curreret certe crimina multa tāto forsitan
grauiora q̄nto secretiora. Sed hec ꝛ si nō
habeāt iudicē mortalē: habebūt tamē iu
dicē summū ꝯsentiaꝝ inspectorē q̄ nihil
relinquet impunitū. Sed videam⁹ q̄ pa
lam sole gerūtur quoniā multi hodie im
pudētes peccāt fornicatores: adulteri: v
surarij: ꝑiuri: blasphemi: ebriosi: ꝯcubina
rij publici ꝛc. Et sicut ait Cypa. Cōsen
sere iura peccatis: iura iniurijs militāt: in
iurie ꝑ iuribus inducūtur. Abusiue con
suetudines sanciūtur: legem habentes si
ne lege viuūt: et sic legibꝫ abutuntur. Di
ues pauperē suppeditat: ꝛ potens oppri
mit impotentē: lupus deuorat agnum: et
accipiter passerem: in mare pyrate ꝑdant
in vijs isidiāt ꝑdones: latrōes i nemorib⁹:
fures i domibꝫ: in vrbib⁹ abūdāt seditiosi:
in curijs proditores: seuit inuicē discordā
tium malicia: litigijs replent omnia: veri
tas odio habet ꝛ ꝑcul abijcit: iusticia per
uertitur: et regnat impietas: ꝛ rapacitas
cupiditasqꝫ dominātur. Quid plā: Que
lingua posset exprimere q̄: qualia: et q̄nta
flagitia cōmittuntur: Quia eīn vt dicitur
Eccs. viij. Eo ꝙ nō cito ꝯtra malos ꝓfer
tur sentētia: absqꝫ vllo timore filij perpe
trāt mala. Tertia est horrēda sathane so
lutio ꝛ ꝑtātis ei⁹ relaxatio q̄ virtute dn̄ice
passionis religata ē vt nō noceat q̄ntum
vellet et q̄ntū an̄ solebat. Tūc aūt os mo

dicū solui modico tpe. Apoc.xx. ⁊ xij. dr. Ve terre ⁊ mari: qꝛ descendit ad vos dia bolus hñs iram magnā sciens qꝛ modicū tempus habet. Et hoc fiet deo pmitten/te ad maiorē impioꝝ damnationē ⁊ maiorem bonoꝝ purgationē. Nā tūc boni erūt optimi ⁊ mali pessimi. Vñ ꝓpẛ hanc sathane solutionē erūt mirabiles ⁊ insolite turbatiões iter hoīes. Tolleẛ vicꝫ pax in terra: vbiqꝫ ꝑlia mouebunẛ: ciuitas in ciuitatem: dom⁹ in domū: ⁊ ꝑsona in ꝑsonā ar/mabiẛ. Tūc iplebiẛ illō Hiere.ix. Vnusquisqꝫ a pximo suo se custodiat ⁊ in omni fratre suo nō habeat fiduciā: qꝛ ois fraẛ supplantās supplātabit: ⁊ ois amic⁹ fraudulenter incedet: ⁊ vir fratrē deridebit et veritatē nō loqueẛ: docuerūt em linguas suas loqui mendaciū. Certe iā ista hodie cōplentur. O peccatores forte vobis vi/deẛ ꝙ dñs dormiat ⁊ nō curat punire delicta. Certe cū diu expectauerit tūc gra/uius vindicabit. Exemplū. De⁹ diu ex/pectauit iudeos postqꝫ chr̄m occiderant (vt habeẛ in scholastica ⁊ eccl'iastica historia) per qdragita annos. Sed ad vltimū impenitentes gladio romanoꝝ tradidit ⁊ opprobrio sempiterno ꝑ mundū dispsos. Notate ḡ qđ Greg. di. Illos de⁹ graui⁹ dānat qs hic diu longanimiter portat.

p Ro tertio. Audistis ⁊c. Forte dicitꝫ Ex q̄ tot ⁊ tanti declinant. Nōne erit nobis aliq̄ excusatio: Certe nō. Jura di/cunt. Nō qđ fiat ſꝫ qđ fieri debeat cōsiderandū est. ff. de officio ꝑsi.l. Sed licꝫ. Et xij.q.ij. Gloria epi. Et de ele. Cū causam Si em sint mlti pditores regni: in regno etiamsa multis ānis: qđ pdesset alicui eorū dephenso multitudinē socioꝝ ⁊ cōsue/tudinē allegare. Certe nihil. Expone no/tando illud eccī.j. Ne pecces in multitu/dine ciuitatis.

Feria.iij.post.ij. dñicā aduent⁹.

Abijciamus

a ⁊c. Lux in tenebris lucet ⁊ tenebre eam nō cōphenderūt. Jo.j. Abijciamus ⁊c. et induamur arma lucis .i. chr̄i qui est ipa lux q̄ in tenebris. id ē in mundo tenebroso lucet: ⁊ tenebre .i. ꝑsecutores eccl'ie eā nō cōphenderūt. In his autē verbis tria sunt notāda in chr̄o.

Luminis excellentia. iō dr: lux.

Luminis refulgentia: in tenebris lucet

Luminis efficacia: ⁊ tene. eā nō cōpre.

De pmo et scđo. Jo.j. Erat lux vera q̄ illuminato o. ho. ve. in hūc mundū. De ter/tio. Sap.vij. Sapientiā nō vincit malicia

Abijciamus ⁊c.

p Ro pmo. An anima mediante aliq̄ habitu gratuito sit assūpta a vbo. Qꝫ sic. Aug⁹.xiiij. de tri. In rebus ꝑ tps or/tis sūma est gra ꝙ deus in vnitate ꝑsone nullis pcedentib⁹ meritis hoim copulaẛ. Cōtra si sic. Cū corpus nō sit illi⁹ gratie susceptibile ḡ nō eēt vnibile. Rñdet b. boñ. in.iij. dis.ij. Cū queriẛ ⁊c. hoc pōt dupliciter intelligi. Aut ꝙ ille habit⁹ in illa vnione teneat ratiōnē cōgruentie ⁊ sic concedi pōt ꝙ nō decet animā vniri vbo nisi sibi assimileẛ habitu pfecte deiformitatis. Aut ꝙ teneat rōnem cause ⁊ sic veritatē nō hꝫ qñiā vnio q̄ est ꝑ habitū infusuꝫ sic ē vnio cognitōis ⁊ amoris: respicit cōiter tres ꝑsonas. S bo. Pro fūdamēto. Aia rōalis ex natura sua est capax dei ꝑ intellectū et volūtatē. Jō poete etiā hortanẛ nō applicare aiam reb⁹ infimis sed diuinis. Lucanus. Nūqꝫ sit cura deorsum. Et Aristo.x. ethi. Nō se dꝫ trahere ad diuina ⁊ imor/talia qꝫtū pōt. Queriẛ ḡ. An aia sit deo vnibilis sine habitu medio. Dic rñ. Et q̄ cōclude qꝫ vituperādi sūt pctōres miseri q̄ post tantā grām hūane nature factā nō vereñẛ pcti vilitatē in aiab⁹ suis ponere in magnū dedec⁹ hoīs chr̄i ꝯtra documen/tū Leonis pape in ser. de na. dñi. Agno/sce o hō chr̄iane dignitatē tuā ⁊ diuine cōsors factus nature: noli in veterē pcti vili/tatē tuā degeneri ꝯuersatōe redire. Audi te fornicatores: raptores. O qꝫ miseri q̄ ꝯsolatiões spūales respuūt qs facile repe/rire possent diuine incarnatiōis mysteriū cōtēplando ⁊ mūdanas p̄rsus ⁊ carnales ꝯsolatiões q̄rūt. Figura de filijs israel Nūeri.xj. Qui māna a deo datū fastidie/bant ⁊ carnes ꝯcupiscebant. dedit aūt eis dñs carnes ſꝫ in malū eoꝝ: qꝛ adhuc esce erāt in ore ipoꝝ ⁊ ecce furor dñi pcussit eos ⁊ ibi mortui sūt. Expone: verū certe manna celicū est corp⁹ chr̄i in vtero virginis

cōceptū sed multi non cognoscūt ⁊ carnis
desideria sequūtur qd̄ ꝑmittit dn̄s sꝫ tan//
dem grauiter punient. Talib⁹ di. do. Jo.
viij. In pctis vr̄is moriemini.

P Ro scd̄o. In p̄cedenti ser. dictū ē de
triplici causa inundatiōis viciorꝝ. H
de vna alia causa: scꝫ de tremenda anti//
chr̄i ꝑditione. Erit em̄ antichr̄i ꝑditio da
mnabilis. Nam sic habet. ij. Thessal. ij.
Erit eius aduētus s̄m operationē sathā//
ne. Et ibi vocatur hō pcti filius perditio
nis. Vtet autē triplici via ad subuerten//
dos hoies. Prima est phātastica blādicia
rū ostensio. Scd̄a mirifica ꝓdigiorꝝ opa//
tio. Tertia terrifica tormentorꝝ inflictio.
Prima ergo via ⁊c. siue deceptiua simula
tio. Nam sic habet. ij. Thess. ij. Aduent⁹
eius erit in omni seditiōe seu seductiōe ini
quitatꝫ. Vn̄ volēs vtrisq̄ populo cōplace
re veniēs hierl'm vt dicūt aliq̄ circūcidet
se vt ex hoc adquirat grām iudeorꝝ ꝓpter
quod etiā faciet sabbatū custodiri. Diem
ꝓo dn̄icū p̄cipiet etiā ꝓpt chr̄ianos: vtris//
q̄ se cōformare volēs vt vtrosq̄ decipiat
Hac autē via blanditiōis vtet tripliciter
Primo in sanctitatꝫ simulatiōe. In aper
to em̄ sctitatē ⁊ castitatē simulabit dicens
etiā se esse messiam in lege ꝓmissum. Qd̄
credētes iudei ꝯuertent ad ip̄m: q̄uis āt
sanctitatē simulabit: erit tn̄ in cōcupiscen
tijs mulierꝝ. vt dr̄ Dan̄. xj. Et cor eius in
tantā efferet suꝑbiam vt legeꝫ ⁊ cursum
tꝑm se mutare putet. vt dicit Dan̄. vij.
Et in deū proferet blasphemias di. se deū
esse: chr̄m autē dicet fuisse seductorē. Vn̄
ij. Thess. ij. Tūc reuelabit hō pcti fili⁹ ꝑ//
ditiōis caput omniū iniquitatū q̄ aduer//
satur ⁊ extollitur super omne illud qd̄ di
citur de⁹ aut qd̄ colitur ita vt in tēplo dei
sedeat ostendens se tanq̄ ip̄e sit de⁹. Ve
niens em̄ in hierl'm sedebit in templo ⁊ fa
ciet se adorari vt deū: qd̄ vtiq̄ tēplū reedi
ficabūt iudei sibi adherentes. Scd̄o ī cal
liditatis ꝑsuasiōe: q̄ sicut dicit Dan̄. viij.
Dirigetur dolus in manu ei⁹. Extortas
eniꝫ ⁊ fallaces expōnes scripturarꝝ addu//
cet: falsitas ergo tūc publice p̄dicabit nec
ꝑmittetur veritas tūc p̄dicari. Vn̄ de il//
lis qui per antichr̄m decipientur dicit. ij.
Thess. ij. Eo q̄ charitatē veritatis nō re
ceperunt. id est legem euangelicā vt salui
fierent ideo. mittet illis deus operationē
erroris vt credant mendacio vt iudicent
omnes qui nō crediderint veritati sed cō
senserunt iniquitati: Et licet futurus sit
vnus antichristus pessim⁹ omniū: tn̄ nūc
certe multi sunt iam antichristi: c[illegible]ionē
scꝫ habētes illi⁹ pessimi: suꝑbi videlicꝫ lu
xuriosi: seductores: veritatis subuersores
et falsitatis defensores. j. Jo. ij. Nūc an//
tichr̄i multi facti sunt. Tertio in largita
tis exhibitōe. Sicut em̄ dr̄. Thess. ij. Ve
niet in omni virtute. s. potestatis hūane ⁊
opulentie tꝑalis. Creditur q̄ reuelante
magistro suo diabolo thesauros occultos
inueniet q̄bus vtetur ad gloriam ⁊ dece
ptionē. Cū em̄ in multis tūc regnatura
sit cupiditas: hoc modo ad eū facile incli//
nabūt. Scd̄a principalis via ē mirifica
miraculorꝝ operatio. Nam dicit. ij. Thes.
ij. Erit eius aduētus in signis ⁊ ꝓdigijs
mendacib⁹. Dicunt autē mēdacia vel q̄
non erunt vera sꝫ phantastica q̄ vicꝫ dia//
bolus p̄stigiabit oculos videntiū. Vel di
cunt mēdacia q̄ ostendēt ad cōfirmandū
mendaciū licet vera sint a parte rei. Nec
tn̄ dici debent miracula q̄ virtutē creatā
nō excedūt: sed mirabilia dici possūt. Dia
bolus em̄ subtilem hn̄s intelligentiā ⁊ lon
cebatur: Uos nescitis quicꝗ̃ ⁊c̃. Orige. Nihil em̄ nouerant qui Jesum ignorabāt esse veritatem: sapientiā: iusticiam: et pacem. Theophilus. hoc quidem aliud qđ ait Expedit vobis ⁊c̃. Dicit intentiōe peruersa: tamē spiritussancti gratia ore eius vsa est ad futuri p̄sagium. Unde subditur: Hoc autē a seipso nō dixit: sed cum esset ⁊c̃. Augustiñ. Hic docetur etiā homines malos ꝓphetico spiritu futura predicere: qđ tamē ab euāgelista diuino tribuitur sacramento: quia pontifex fuit: id est summus sacerdos: Nō tamē sequitur ꝙ caiphas fuerit ꝓpheta: quia rationē dicti sui nō intelligebat. Origenes. Non quicūqꝫ ꝓphetat/ propheta est: sicut non quicunqꝫ exequitur ius/ iustus est: scꝫ qui facit bonum opus ꝓpter humanam gloriam. Ex hoc credendū est malum prelatum quandoqꝫ exaudiri: forte quia preco est ecclesie et eius voce dicit Oremus. Ideo etiaꝫ sequitur: ꝙ prelati licꝫ mali sint/ in reuerentia sunt habendi propter reuerentiā pontificalis dignitatis. Sed quereret aliquis An apparentia illa quam p̄tendebat Caiphas dicere: Expedit vobis ⁊c̃. sit rationalis: eo ꝙ videlicꝫ bonuꝫ cōmune est magis eligendū ꝗ̃ particulare? Certe nō: quia in nullo casu licitum est interficere innocētem et iustum. Unde manifestum est ꝙ inuidia ⁊ timor mundanus subuertebant in eis iudicium rationis. per mortem enim innocentis nō ꝓcuratur: sed magis destruitur bonum cōmune. Tertia est consideratio diffinitiue conclusionis: quia ab illo die cogitauerūt vt interficerent eum. Ideo vt dicit Chrysosto. Nūc sententiā firmauerunt. O miseri q̇d agitis: Nonne ipse Jesus queꝫ vultis interficere est in medio vestri quē tamē nescietis: et intelligit omnia verba vestra? Ipse autem humiliter declinauit cedens ad tempus eoꝝ furori. Unde nō iam palam ambulabat apud iudeos sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitateꝫ que dicitur Effrem. Augusti. Non quia potentia defecerat: sed exempluꝫ discipulis demonstrauit. In quo apparet nō esse peccatum si fideles eius oculis ꝑsequentium se subtraherent ⁊ furorem sceleratorū latendo potius euitarent: ꝗ̃ se ostendendo magis accēderent. Iuit ergo dominus in ciuitatem Effrem et ibi morabatur humiliter cum discipulis suis. Chrys. Qualiter putas turbatos discipulos humane vidētes eum solitarium. Ipsi em̄ quando omnes letabantur et festa celebrabant tūc occultantur et in periculis sunt sed tamē permanebant cum eo: iuxta illud Uos estis qui ꝑmansistis mecum in tentationibus meis ⁊c̃. Et nos quidē ꝑmaneamꝰ cū eo eius passionem meditantes tanꝗ̃ veri eius discipuli ne simus iudeis obstinatis similes eum cōtemnentibus: plus tēporalia ꝗ̃ eterna curantibꝰ. Nam si tales fueritis nō moti diuis bn̄ficijs: nō cōminatiōibꝰ: neqꝫ ꝓmissiōibꝰ: nec p̄dicatōibꝰ: mltū timere debetis/ qr prope est flagellum dei. Exempluꝫ de illo obstinato populo iudeoꝝ in quem deus iram suam effudit. O quis explicet sine singultibus: quis audiet sine lachrymis: quis cōsideret sine timore ciuitatis hierosolyme desolationeꝫ et excidiuꝫ? Refert nanqꝫ Josephus lib. vj. de iudaico bello: ꝙ Titus et Uespasianus cum exercitu validissimo rhomanorum in die pasce quādo ex circumadiacentibus locis innumerabilis multitudo inerat: hierosolymā ciuitatē obsederunt: foderuntqꝫ in circūitu vallum munitissimū/ ita vt nullus ciuitatem exiens illō ꝑtransire possꝫ: ob quod in breui ciuitas fame cepit vrgeri. Ex quo plura grauia secuta sunt mala. Dicit Josephus Primo quia predones per domos discurrentes rapiebant quicquid inuenissent comestibile. Secundo quia filij ex ore parentuꝫ et econtratio violenter stricto gutture etiam masticatum cibum extrahebāt ⁊ velut rabidi comedebant. Tertio quia fimum boum aliaqꝫ vilissima sumpserunt in cibum. Quarto quia multi contēdebant exire vt herbas colligerent: et capiebantur a rhomanis: tantusqꝫ fuit numerus captiuorum vt turbe custodiri nō possent: Quapropter statutum fuit vt euulsis eorum oculis aut manibus amputatis sic ꝯpellerēt ad ciuitatē redire. Quinto qr plˀes dites ne iocalia sua ꝑueirēt ad manus romāoꝝ illa deglutirēt cuiꝰ rei fama

cū deuenisset ad aures romanoꝝ: cōmo-uit eos vt exenteraret iudeos q̄s capti-uos habebāt ⁊ estimabāt gēmas in ven-tre habere: quare vna nocte duoꝝ milium patefacta sūt viscera. Sexto qꝛ multi for-mosi iuuenes in via: in plateis publicis ⁊ domib9 fame afflicti subita morte cade-bāt. Septimo qꝛ inuente sūt mulieres q̄ ꝓprios filios comederūt. O quot erāt ibi lamēta: quot gemitus ⁊ suspiria. Clause-rat quippe eis deus venam mis̄cdie sue. Tandē post bienniū capta est ciuitas: ⁊ in predam data: ⁊ muri ⁊ edificia q̄libet: solo eq̄ta. Et vt iosephus refert vndecies centena milia iudeoꝝ fame ⁊ gladio perie-rūt. Et nonaginta septēmilia venditi fue-rūt. xxx. ꝑ vno denario. O popule christia-ne time ⁊ tu. Caue ne ꝓpter obstinationē tuam veniat in te ira dei. Vocat te dn̄s multipliciter vel cōminat: ⁊ tu in dies du-rior ⁊ peior efficeris. Nūc regnant spurcis-sima vicia carnis: blasphemie dei periuria mēdacia: iniusticie: fraudes: violētie: pau-perū oppressiōes: odia: ⁊ inuidie ⁊c̄. huius-mōi. Noli ꝯtēnere: time ne ꝓpinqua sit ira dei. Recordare q̄ ꝓpter inundantiā pctō-rum ad exterminationē impioꝝ imisit do-min9 diluuiū vt pꝫ Gen̄. vj. Itē qn̄ aggra-uatū est peccatū sodomoꝝ pluit dn̄s ignē ⁊ sulphurem. ⁊c̄. vt habet Gen̄. xix. Item qn̄ multiplicata sūt ⁊ aggrauata peccata chananeoꝝ p̄cepit dn̄s filiis israel vt eos exterminarēt: ⁊ qꝛ aliq̄b9 pepcerūt: a dn̄o sūt increpati. vt habet Josue. xj. Itē post q̄ dn̄s diu sustinuit pctā filioꝝ israel post q̄ cōplete sūt iniq̄tates eoꝝ: eiecit eos dn̄s trāsferens ad exteriores natiōes. Primo decem tribus sicut legit. iiij. Regū. xvij. ⁊ postea duas alias: post annos aūt septua-ginta ipi regnū irrecupabiliter amiserunt. Qd̄ ergo verebant accidit eis. Sic etiā exterminata sunt regna chaldeoꝝ medo-rū: ⁊ persaꝝ: necnō ⁊ grecoꝝ: q̄ oia ꝓpt ini-quitates suas ad nihilū sunt redacta. Ex quibus omnibus patet quoniā multipli-catio ⁊ aggrauatio: ⁊ cōtinuatio peccato-rū signū est propinquitatis ire dei. Time-te ergo ⁊ cōuertimini o peccatores quo-niam vt dicitur Ecclesiast. v. In peccato-res respicit ira dei.

T Ertius articul9. Audistis ⁊c̄. Ca-uete ne sitis de numero stultoꝝ cum iudeis qui plus tēporalia q̄ eterna: plus terrena q̄ celestia cogitauerunt. ideo to-tum amiserunt. Attendite q̄ iura dicunt Publica vtilitas preferenda est ꝑuate. vij q. j. Scias. Extra de postu. prelato. bone memorie. ff. ꝓ socio actiōe. §. labeo. ⁊. C. de caducꝫ tollē. l. vna. §. penultimo Pu-blica autē vtilitas est spiritualis vtilitas: qꝛ ad omnes bonos spectat. Nōne fatuū diceretis illū q̄ plus timeret ꝑdere dena-riū q̄ centū florenos ⁊ plus ꝓ denario plū-beo laboraret q̄ ꝓ mille aureis. Expone ⁊ applica notando illud. ps̄. Filij hoim vs-q̄quo graui corde. ⁊c̄.

Sabbato in Ramispalmarū.

E Cce ascen. ⁊c̄. Dixerūt impij ad inui-cem. Venite cogitem9 cō-tra iustū cogitatiōes. Hiere. xviij. Tales non sūt q̄ ascensuri sūt hierosolymā. Est aūt notandū q̄ in hac lectiōe hieremias erat figura saluatoris. Vn̄ que ibi dicunt p̄ncipaliter sūt intelligenda de dn̄o: cui9 passionē nūc meditari debem9: quō vicꝫ ipij ꝯ eū cogitauerūt. Ubi sūt tria cōside-rāda. Primū Judeoꝝ malicia qꝛ dixert adiuicē Venite cogitem9 ⁊c̄. vsq̄ s̄mo ei9 Scōm ē Saluatoris inocentia: ibi at-tende dn̄e ad me ⁊c̄. vsq̄ ab eis. Tertiū est diuina iusticia ibi: ꝓpterea da filios eo-rum in famē ⁊c̄. Et hec cōpleta sunt in de-structōe ciuitatis hierusalē ꝑ titū ⁊ vespa-sianū facta.

Ecce. ⁊c̄.

P Rim9 articul9. An magis ꝯgruum fuerit gen9 hūanū reparari ꝑ viā satis-factiōis q̄ ꝑ aliā viam. Q, nō. Dimitte re pctm̄ absq̄ satisfactiōe maioris ē mise-ricordie. Cōtra. Jlla via est magis con-ueniens in qua magis seruat ordo iusticie Rn̄det Bon̄. in. iij. dis. xx. Hoc fuit magꝭ cōgruū: ⁊ ex parte dei: ⁊ ex pte nr̄i. Ex pte inq̄ dei qꝛ vniuerse vie dn̄i misc̄dia ⁊ ve-ritas ⁊ ideo debēt ꝯcurrere in repatōe ge-neris hūani q̄ ē excellētissima viaꝝ di. Jō

decēs fuit vt deꝰ ab hoīe satiffactionē exi
geret:⁊ si homo nō posset tūc diuina mise/
ricordia subueniret dando mediatorē. Si
em̄ oīno deus culpā dimisisset nō exigen/
do satiffactionē:nō manifestaret̄ dei iusti/
cia. Si autē oīno vindictā:exegisset nō di
mittēdo culpā:nō māifestaret̄ eiꝰ misc̄dia
Cōgruebat etiā ex p̄te nr̄i:q̄ꝛ rep̄atio nr̄a
ad hoc erat vt nos reduceret a culpa ad
iusticiā. Sicut ergo cū hō peccauit deū in
honorauit:sit cū redit a culpa ad iusticiā:
decēs est vt honoret deū sustinendo pe/
nā. Ex dictis ergo pꝫ ꝙ in reparatōe hu
mani gn̄is fuit maxima iusticia:exigendo
tante satiffactiōis preciū:⁊ maxima beni/
gnitas tradēdo vnigenitū filiū suū. Hoc
boñ. Pro fūdamēto. Ad regē spectat iu
sticiā seruare in regno suo:vt di. Arist.v.
pol̄. Voluit ergo dn̄s seruare iusticiā in
nr̄a reparatiōe exigendo grauē emēdam
sed ⁊ maximā exhibuit misc̄diam q̄ꝛ ipse
met hanc emēdā soluere voluit. Vn̄ in li/
bello de ꝯtēptu mūdi. Qd̄ non debebat
soluēs ita fons pietatis succurrit nobis
mortali peste grauatis. Pōdera nr̄a ferēs
penitus nos exonerauit. Cū ergo q̄ritur.
An magꝭ ꝯgruū ⁊c̄. Dic rn̄. vt̄s. Ex qua
ꝯclude q̄nta sit nobis ōn̄sa d̄i benignitas
in nr̄a redēptiōe Jō Chryso. Nō est aliō
ꝓpter quod magis deo agere gr̄as debea
mus q̄ꝫ ꝓpter mortē eiꝰ. O pctōres ingra
ti auari:iuidi:⁊c̄. hmōi. Quid dicturi estꝭ
corā dn̄o qui ꝓ vobis mortuꝰ est:⁊ tā mul
tipliciter eū ꝯtēnitis doctrinā eiꝰ abijciē/
tes. Et vn̄ hoc:q̄ꝛ ꝓprie voluntati dediti
estis:vanis consolatiōibus:⁊ terrenis di
uitijs adherentes. Nā teste iacobo. Ja.
iiij. Amicicia huiꝰ mūdi inimica est deo.

Figura. Jo.vj.in euangelio hodierno.
Cū chr̄s in capharnaū de sacramēto cor
poris sui(quod est sue passiōis recordati
uū)predicaret:multi ex discipulis abierūt
retro dicentes. Durus est hic ſmo. Spi/
ritualiter capharnaū interpretat̄ ager pin
guedinis:aut villa ꝯsolatiōis. His quip
pe qui diuitijs impinguant̄ ⁊ vanis gau/
dijs implent̄:durꝰ est chr̄i sermo. Nā cuꝫ
eo pati dedignāt̄ ⁊ sic retro abeūt. Deut̄.
xxxij. Jncrassatus:impinguatus:dilata/
tus dereliq̄t deū factorē suū ⁊c̄.

[S]Ecundꝰ articulus. Jn euangelio qd̄
scribitur. Jo.vj. de necessaria et fructuosa
eucharistie receptiōe tria sūt ꝯtēplanda.

Primū:fructuose sūptōis ꝓpositio.
Scd̄m ꝓpositiōis ratio.
Tertiū ratiōis declaratio.

Primū igit̄. ⁊c̄. Cū dicit Amē amen dico
vobis. Nisi māducaueritis carnē filij ho/
minis et biberitis eiꝰ sanguinē:nō habe/
bitis vitam in vobis. Nemo em̄ habet vi
tā sp̄ualē nisi per fideꝫ charitate formatā
ꝑ quā sp̄ualiter manducatur caro christi.
Augꝰ. Hūc itaqꝫ cibū:societatē vult in/
telligi corporis ⁊ mēbroꝝ suoꝝ:qd̄ est ec/
clesia in p̄destinatis vocatis ⁊ iustificatis
⁊ glorificatis. Et ꝓ maiori declaratione
addit di. Qui manducat meā carnē ⁊ bi/
bit meū sanguinē habet vitam eternā ⁊c̄.
Augꝰ. Res ipsa cuius sacramentū est:oī
homini est ad vitam:nulli ad exitiū qui/
cūqꝫ eius particeps fuerit. Ne autē puta/
rent in isto cibo sic ꝓmitti vitam eternaꝫ:
vt q̇ eum sumerent:iā nec corpore morerē
tur:subiūgit di. Et ego resuscitabo eū ī no
uissimo die. Scd̄m est ꝓpositionis ra/
tio cū di. Caro mea vere est cibus ⁊ san/
guis meus ⁊c̄. Hec em̄ ē ratio quare dat
⁊ cōseruat vitā. Chryso. Hoc dicit vt non
existimēt parabolā ēē sed sciant q̄m omni
no oportet manducare corpꝰ christi. Aut
vult docere ꝙ verus cibus est qui saluat
animā. Sequitur. Qui manducat meam
carnē:⁊ bibit meū sanguinē:in me manet
⁊ ego in illo. Jō ille habet:q̄ꝛ chr̄s est vita
nostra. Col̄.iij. Augꝰ. Hoc est ergo man/
ducare illam escam:⁊ illū bibere potū: in
christo manere:⁊ chr̄m manentē in se ha/
bere ⁊c̄. Sicut misit me pr̄ viuēs:⁊ ego vi
uo ꝓpter patrē:⁊ q̇ manducat me ⁊ ipse vi
uet ꝓpter me.q.d. Etsi nō habet vitā ex se
tn̄ ego ero s bi cā vite. Chrysost. quasi di.
q̄ꝛ ego viuo:manifestū ē ꝙ ipse viuet. Qd̄
intelligendū est nō de vita simpliciter : sꝫ
de approbata. Etem̄ infideles viuūt: non
manducantes de carne ista. Sequit̄. Hic
est panis qui de celo descendit:scꝫ per hu
manitatis assumptionē. Non sicut man/
ducauerūt patres vestri manna ⁊ mortui
sunt:qui manducat hunc panem viuet in
eternū. Beda. Vt ostenderet distantiam
vmbre ⁊ lucis:typi ⁊ veritatis: subiunxit
Nō sicut manducauerūt pr̄es vestri. ⁊c̄.

Plus eñ potest ꝟitas in veritatem scz in verā spūalē vitā ꝙ̄ figura in corporalem.

Tertiū est rōnis posite explicatio. Or qbusdā nō bñ intelligētib⁹ ea q̄ supra sūt dicta: explicauit ꝛ declarauit ꝟboꝝ sententiā: Multi eñ audiētes q̄ dicta sūt: dixerunt. Durus est hic sermo: et quis pōt eū audire? Chryso. Dur⁹. i. difficile susceptibilis. ſm Augu. Hoc dñs dispensatiue ꝑmisit: vt bene docentibꝫ causam patiētie cōtra malignantes: eoꝝ dictis detrahentes preberet. Sciens autē iesus apud se qꝛ murmurabāt de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filiū hoīs ascendentē vbi erat prius. Aug⁹. Sic apud se ista dixerūt: vt ab illo non audirent: sed qui eos nouerat in seipsis: apud seipsum illos audiebat. Jō dicitur Sciens aūt iesus apud se. Chrys. Erat hoc deitatꝫ sue signū occulta in mediū ferre. Vñ sequitur. Si ergo vi. fi. ho. ascen. vbi erat prius. supple quid dicetꝫ? q. d. Si crederetis qm̄ fili⁹ hoīs de celo descendit ꝛ illuc ascēdit facile attenderetis his que dicunt. Sequit. Spūs ē q̄ viuificat: ca. aūt nō prodest q̄cq̄. Chryso. q. d. Spūaliter oportet ea que dicta sūt audiri. Qui autē carnaliter audit nihil proficit. Aug⁹. Caro nō prodest q̄cq̄. Sed quō illi intellexerūt carnē: supple: sic intellexerūt quō in macello venditur. Sequit Verba que locutus sum vob spiritus et vita sunt. Chryso. i. spūalia nihil habentia carnale. Sed sunt quidā ex vobis qui non credunt. Sciebat eñ ab initio iesus qui essent credentes ꝛc̄. Et deinde causaꝫ exprimit quare nō credunt di. Propterea dixi vobis: qꝛ nemo pōt venire ad me nisi sit ei datū a patre meo. Et ex hoc multi discipuloꝝ ei⁹ abierūt retrorsum: ꝛ iā nō cū illo ambulabant. Aug⁹. Abierūt ergo nō pauci sꝫ multi post sathanā. Sequit. Dixit ergo ih̄s ad duodeci. Nūqd ꝛ vos vultꝫ abire Beda. Sciebat an vellēt abire: sꝫ tñ eos interrogauit vt fides eoꝝ mōstrarent ꝛ alijs imitāda ꝑponerent. Sic aūt dt Chryso. Petrus fratꝝ amator ꝑ toto rñdet collegio di. Dñe ad quem ibimus? Chry. Verbū h̄ est m̄lte amicicie ostēsiuū Et subdit. Verba vite eterne habes ꝛ nos credim⁹ ꝛ cognouimus: qꝛ tu es chr̄s filius dei viui. Chryso. i. quia vita eterna tu es: ꝛ nō das in sanguine ꝛ carne tua nisi quod es. Respōdit eis iesus. Nōne duodecim vos elegi: ꝛ vn⁹ ex vobis diabol⁹ est? Ibi ſm Grego. membrū censetur nomine capitis. Beda. Ad aliud vndecim elegi: ꝛ ad aliud vnū. Undecim: vt in apostolica dignitate personarent: vnū vt predicationis eius officiū salutē operaretur humani generis. Aug⁹. Sicut ei iniqui male vtuntur bonis opibꝫ dei: sic eis de⁹ bene vtitur malis operib⁹ hominū. Quid iuda peius: sed malo eius bñ vsus est dominus. Chryso. Considera christi sapientiā/ neq̄ ipsum iudā manifestū fecit/ ne inverecūdū faciat: neq̄ enim latere ꝑmisit ne existimans se latere sine timore operaretur. Attendite o peccatores his que dicta sūt ꝛ cauete ne sitis similes iudeis incredulis: sed simpliciter credite cū petro ꝛ alijs. Nec dubitetis quin hoc christo sit gratissimū ꝙ corp⁹ eius recipiatis. Exemplū narrat cesarius ꝙ femina quedā deuota ardentissime desiderans cōicare: hūiliter a sacerdote eucharistiā postulauit: a quo repulsam passa est dicēte illo. Laicas feminas nō sic ꝑ libito cōicare debere sed tpe statuto. Que fleuit ꝛ ingemuit. Cui⁹ ardorem sūmus sacerdos christus attendens nō diu passus est eam fraudari a desiderio suo. Eadem enim nocte in stratu suo iacens cū vigilaret ꝛ orationi vacaret adest christus: qui multo splendore pyxidem in qua corpus dñi in ecclesia recondi solebat proprijs manibus portans. Erat q̄ circa eū frangrantia miri odoris ꝛ multitudo angeloꝝ. Cūq̄ mulier stuperet: ait dñs. Quia ter sacerdos corpus meū negauit: ego manibus meis te cōicabo: qđ et fecit ꝛ recessit. Et vos igitur oēs parate conscientiā vt cū deuotiōe sumatis eucharistiam quoniam ipse dixit. Ego sum panis viuus.

t Ertius articul⁹. Audistis. ꝛc̄. Et h̄ mandat dñs vt corpus suū manducemus ꝛ sic vitam habeamus. Si ergo vita careamus: nō per eū stat quia cibum vite nobis tribuit. Audite quid lex dicit. Si culpa sua q̄s eget: indignū est ei subuenire. ff. depositi. bona fides. ar. optimū ad

hoc.lxxx.di. Non satis. Audite. Si rex alicui mandaret: veni mecū ad prandiū z dabo tibi centū marchas auri: si nō veneris morte punieris. An recusaret ire? Certe nō. Q, si forte recuset: nonne indignus est beneficiis regis z dignus punitione? Expone z appplica notando illud Deuter. viij. Peribitis si inobedientes fueritis.

Dñica in Ramis palmar. Mane sermo.

Ecce ascēdimus

e dimus zč. Hoc sentite in vobis qd̓ z in chr̄o iesu. Phil. ij. Hoc faciunt qui ascensuri sūt hierosolymā. Est autē notāda differentia inter cogitare: intelligere: z sentire de chr̄o iesu. Nam etsi ml'tor est supficialiter cogitare quod ē in chr̄o iesu: paucor tñ est pfunde rimari z intelligere. s3 paucissimor omnino ē id sentire. Id em̄ tantūmodo ē mētꝫ p charitatꝫ ardorē in chr̄m transformate. Qd̓ qdē patere potest exēplo. Nā si audires vl' videres aliquem cruciari qui nullo mō attinet ad te: potes qdē penam eius cogitare z intelligere: non tamē cordialiter sentis. Ad qd̓ vt dicit btūs Bonauē. in quodam opusculo cōsiderare debem⁹. Quis qlis. z quantus est q̄ passus est pro nobis. Quis: videlicet vnigenitus dei filius creator oīm creaturar: z domin⁹ āgelor. Qualis: vcz innocētissim⁹ mitissim⁹ z benignissimus. Quātus: vcz potentissim⁹. eternus atq3 immēsus. Ipse siqdem qui caput ē oīm bonor. Ephe. j. Ipsum dedit caput sup oēm eccl'iam que est corpus ipsius. Unde notandū q̄ in corpore naturali tāta est colligātia iter caput z mēbra ppt sanitatē vite quā mēbra recipiūt a capite: q̄ caput neqt aliqd pati tam paruū malū qn oīa mēbra cōpatiātur illi. Iuxta illud Cū caput infirmat̄ cetera mēbra dolēt. Etsi cōtingat aliqd̓ mēbrū nō sentire dolorē capitis: signū ē q̄ ē mēbrū mortuū aut paralyticū. Signū ē ergo q̄ mēbra chr̄i nō sum⁹ si eius dolores nō sentim⁹. Bern. Nō est de corpore q̄ non dolet cū capite.

Ecce. zč.

p Rim⁹ articl's. An modus ille hūane reparatōis p christi passionē fuerit acceptissimus: Q3 nō. Hoc em̄ fuit op⁹ maxime crudelitatis cū chr̄s esset iustissimus. Cōtra. debitū mortꝫ: nullo modo cōueniētius soluitur q̄ per mortē gratuitam.

Rñdet Bonauē. in. iij. di. xx. Iste modus sup ceteros fuit deo acceptissim⁹. Tū qr fuit ad placādum deuz cōueniētissim⁹. Quis em̄ cōuenienti⁹ placare deū posset q̄ eius vnigenitus innocētissim⁹. factus obediens vsq3 ad mortē? Certe nullus: pͥsertim ꝯsiderata dignitate persone z eius excellētissima charitate. Tū qr ad curādū morbū cōgruētissimus. Prim⁹ em̄ homo peccauit p superbiā: gulam z inobediētiā. Voluit em̄ assimilari deo p scīe sublimitatem: gustare fructus suauitatē z transgredi diuini pͥcepti equitatē. Curatio āt habet fieri per ꝯtrariū. ideo modus iste fuit cōueniētissim⁹ p hūilitatē: austeritatē: et diuine volūtatis impletionē z obediētiaꝫ Phil. ij. Hūiliauit semetipsuz. Tū qr ad vincendum aduersariū prudentissimus. Decentissimuz enim fuit vt christus sua prudentia superaret diabolū: sicut diabolus sua astutia superauerat hominē. Vñ Aug⁹. x. de trini. Quid fecit redemptor noster captiuatori nostro: tetendit ei muscipulā: sc3 crucem: posuitq3 in ea quasi escam sanguinem suū. Tum quia fuit ad attrahendū genus humanum efficacissimus. Quid enim efficacius hominem ad amorē dei attrahere potuit q̄ pro eo sustinere crucis patibulum. Ideo dicebat Joañ. xij. Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum: sc3 per amorem. Hoc Bonaueñ. Pro fundamento. Opera pietatis sunt maxime deo grata. Ouidius libro fastor. Nostra deo pietas pro munere diuite grata est. Passio autem christi: opus est maxime pietatis. Et certe multum est considerandum q̄ pio animo christus pro nobis mortu⁹ est. Tullius in libro de officiis. Quo q̄sq3 animo: studio: aut beniuolētia quid fecerit

id ꝓponendū est. Cū ergo q̄ritur: An talis ꝛc̄. Dic r̄nsionē vt s. Ex q̄ ꝯclude: q̄nto deuotiōis affectu: tanta nr̄e redēptōis mysteria ꝯtemplari debem⁹: q̄ ex tāta dei charitate ꝓcesserūt. Eph. v. Dilexit nos et tradidit semetipm̄ ꝓ nobis ꝛc̄. O peccatores miseri: auari pluri ꝛc̄. qui vos magis tradit; diabolo q̄ꝫ chr̄o: cū tamē se vobis dederit: et tā voluntarie se tradidit pro vobis: ꝓpter qd̄ hodie venit in hierl'm vbi passurus erat vt ostēderet q2 sponte ꝛ nō inuitus pateret. Figura Exod. xij. Precepit dn̄s q̄ decima die p̄mi mēsis tolleretur agnus et seruaret imolandus. xiiij. die Dn̄s ꝗ iesus ver⁹ agnus ꝑ q̄ttuor dies antecꝫ imolaretur in cruce: venit in hierl'm .s. x. die p̄mi mensis lunaris: ꝛ. xiiij. die ad vespeꝝ / sacr'm sui corpis instituit: ꝛ manibus ꝑseq̄ntium se obtulit: et in crastino seipm̄ in cruce imolauit. Raban⁹. Ingressus igit dn̄i in hierl'm fuit ante q̄ncꝫ dies pasce. Narrat em̄ Ioā. q̄ ante sex dies pasche venit iesus in bethaniā et in crastino asino sedens venit in hierl'm. Ubi notanda est ꝯcordia nō solū in reb⁹: sedetiā i tēporib9 no. et ve. testa. Beda. Appropinq̄nte tp̄e passionis / appropinq̄re voluit dominus loco passionis vt ꝑ hoc innueret: quia sua sponte mortē subiret.

S Ecūdus art. In euāge. qd̄ scribitur Matth. xxj. habet quō venit dn̄s in hierl'm: Ubi ꝯsiderandū q̄ hierl'm ascendere debemus

Cum domino.
Cum asino.
Cum populo.

In hoc serm. de Primo. Ascendere incꝫ hierl'ymam debemus cū domino: Mundū ꝯtemnēdo: Patri obediēdo: Miseris cōpatiendo Primo mundū ꝯtemnēdo Nā mōi amatores illuc ascēdere nō p̄nt. Lu. xviij: Facili⁹ est camelū ꝑ foramē ac⁹ trāsire q̄ꝫ diuitē. i. diuitiaꝝ amatorē intrare in regnū dei. Hūc mūdi ꝯtēptū tenuit et docuit dn̄s ascēdēdo hierl'ymaꝫ: qd̄ palam videbim⁹: Primo ꝯsiderādo sue ꝓcessionis inchoationē: q2 ex aliena domo scꝫ Marthe recessit: q2 ꝓ̄riā nō hēbat Mathei. viij. Uulpes foueas hn̄t: ꝛ volucres celi nidos: fili⁹ aūt hois nō habꝫ vbi caput suū reclinet. Scd̄o ꝯsiderādo ꝓcessionis executionē: q2 venit sup asinā / pauperib9 indumētis discipl'oꝝ stratā. Asinā incꝫ q̄ vt d̄t de Lyra paupeꝝ erat necessitatib9 deputata. Chrys. Ecce q̄ꝫ humile et ꝯtēptibile aīal dn̄s mūdi elegit ad sedēdū cū hierl'm ingrederet. Tertio ꝯsiderando ꝓcessionis finē siue ꝯclusionē. Nā cum peruenisset in ciuitatē: et tota die p̄dicasset: ieiun⁹ rediit in bethaniā vnde mane recesserat. Un̄ Matth. xxj. d̄r: Circūspectis oīb9: siq̄s eū hospitio susciperet cū iam hora esset vesptina: exijt in bethaniā. Beda. Hinc intelligendū est q̄ dn̄s tante fuerit paupertatis: et ita nulli fuit adunatus: vt in vrbe maxima nullū hospitē: nullā inuenniret mansionē. attēdite o mūdani ꝛc̄. Ber. Magna abusio / ꝛ vere magna: vt diues fieri ṽmicul⁹ velit: ꝓ q̄ dn̄s maiestatis et dn̄s sabaoth paup esse voluit Scd̄o patri obediendo. Ro. v. Sicut ꝑ vni⁹ hoīs inobedientiā pc̄tōres ꝯstituti sunt multi: ita ꝑ illius obedientiā iusti ꝯstituūtur mlti. Obediētiā q̄ppe os̄dit dn̄s in ꝓcessiōis inchoatiōe: q2 incepit a bethania qd̄ iterp̄tatur dom⁹ obediētie. Et a bethania venit bethphage: vt inde hierl'm perueniret: signat q̄ pc̄tōr qui vult hierl'ymaꝫ ascēdere debet incipe viā a bethania. i. domo obediētie: et transire ꝑ bethphage. i. ꝑ domū ꝑ quā ꝯfessio signat: Quo ꝯtra mlti faciunt: ꝯfessores. s. ꝓ libito eligētes. Itē in ꝓcessionis executiōe: q2 sup asinā: queadmodū fuerat ꝓphetatū vt ostēderet se hoc facere ex obediētia ad patrē. Iō d̄t euāgeliū: Hoc aūt totū factū est vt adipleretur qd̄ dictuꝫ fuerat ꝑ ꝓphetā dicentē: Dicite filie sion: ecce rex tu⁹ venit tibi mās̄uetus sedēs sup asinā. Glo. Adhibet huic facto ꝓphete testimoniū: vt appareat dominuꝫ oia q̄ de eo scripta erāt implesse: sed inuidia cecatos scribas et phariseos: ea q̄ ipi legebāt intelligere noluisse. Raban⁹. Filia sion historaliter dicit hierusaleꝫ ciuitas que sita est in monte sion: Mystice āt ecclesia fideliū pertinens ad supernā hierusalem. Item obedire etiā ostendit dominus in ꝓcessionis ꝯclusione: q2 vicꝫ venit vbi passurus erat. Bern. Memētote fr̄es: ch̄rs ne ꝑderet obedientiā: vitā ꝑdidit. Tertio miserijs ꝯpatiendo. Nam sicut habetur Luce. xix. Cum appropin-

quaret hierl'm videns ciuitatē fleuit sup illā di.q2 si cognouisses et tu rē. Fleuit āt cū sic honoraref a turba gaudēte:rō triplici ratiōe. Prima est rō ostēsiōis:vt ostē deret q honor mūdan⁹ r mūdana leticia cōtēni debent. Mūdi em leticia cito cōuertitur in luctū. Prouer.xiiij. Risus dolori miscebit r extrema gaudij luct⁹ occupat. In cui⁹ etiā mysteriū:gaudiū hodierne pcessionis terminaf in lectionē dñice passionis in missa. Ramos etiā r flores q̄s hodie in pcessiōe deferim⁹: solent in multis ecclesijs cruci affigere:q̄si cū aplo dicētes illud Gal.vj. Mihi aūt absit glari nisi in cruce dñi nostri iesu chri. Scda est rō exēplatiōis:vt daret exēplū tēperādi humanā leticiā. Est em mundana leticia vt vinū vaporosum qd nisi tēperef aqua cito inebriat. Jō df Eccl.xj. In die bonoꝶ ne sis imemor maloꝶ. Greg. Pñtis tpis (si qua est) ita est agenda leticia: vt amaritudo sequet̄ iudicij nūq̄ recedat a memoria. Tertia est rō cōpassiōis: scʒ pͥpter ciuiū iprudētiā r obstinatōeʒ. Jō dī. Si cognouisses r tu.subintelligif fleres. Et q̄dē in hac die tu.q ad pa.rē. Greg. Qd semel iuxta historiā egit dñs:hoc q̄tidie p electos suos in ecclia agit. Plangit em reꝓbos q̄ nesciūt nec plāgūt: sʒ in mal' exultant r delectanf:q̄ si damnationē q̄ eis imminet puiderēt:semetipos cū electoꝶ lachrymis plangerēt. Supplicia aūt sequēcia nūc ab eoꝶ oculis abscondita sūt: q2 futura q̄ tpalem leticiā pturbāt refugiūt. Uenient aūt dies quādo ad vltionem r supplicia inducentur:q2 nō cognouerūt tēpus visitatiōis sue. Sic itaq3 dñs flens: hūiliter sedens sup asinā:in paupere apparatu hierosolymā intrauit. In quo docuit cōtēnere diuitias honores r leticias hui⁹ mundi:si volum⁹ ab eo approbari.

Exēplū legim⁹ in historia. Q⁹ cū heraclius imperator deuicto cosdroe rege psaꝶ:lignū venerabile sancte crucis hierusalem reportauit:cum de mōte oliueti descendens:per portā(qua dñs passurus intrauerat)in equo regio r impialib⁹ indumentis ingredi vellet: repēte lapides porte descenderūt:r inuicem quasi vnus paries se clauserūt. Super quo cūctis stupentibus angelus dñi signum crucis tenens sup portam ciuitatis apparuit di. Cum rex celoꝶ ad passionē per hanc portā ingredi vellet ñ cultu regio:sʒ hūili asello ingrediens:hūilitatis r nō pompe exēplū suis cultorib⁹ dereliquit. His dictis angelus recessit. Tūc impator lachrymatus seipm discalciauit:r vestimēta vsq3 ad camisiā exuit.r dñi crucē accipiēs vsq3 ad portam baiulabat hūiliter. Moxq3 mur⁹ se apuit:r liberū imperatori patefecit ingressuʒ. Jō bñ Prouer.xxix. Supbum sequitur humilitas: et humilē spiritu suscipiet gloria.

t Ertius articul⁹. Audistʒ.rē. Cauete ne demeritis vestrʒ tāto beneficio puemini. Dicit em regla iurʒ. Decet cōcessum a pncipe bñficiū eē mansurū.xxv q.ij.c.j.r.ij. Et de pbendis.si cui.li.vj. Et in autēti.Coll.vj.Cōstitutio. Hoc autē verbum decet:q̄ntū pͦ ad subditos:necessitatē importat:q̄ntū pͦ ad pncipem honestatē. Primū ptʒ de decis c.ij.li.vj. Scdʒ ptʒ de elect.q2 sepe.li.vj. Aud. Si iuuencula paup nobilis in carcere inimicoꝶ detenta:visitata fuerit a filio regis Primo p lras:nūcios:munera:r tandē in pͥpria psona venit ille ad ipam liberādū: qui etiā desponsauit eam:dans ei arras nobilissimas r pciosissimas expectando diem nuptiarū. Nōne illa diligere multū debet filiū regis r regē:r nōne multū sollicite custodire debet bñficiū sibi datum ac etiam pmissum. Expone intelligēdo per iuuenculam animā christi sanguine redemptā r p filiū regis ipm chrm. Jō bñ dt Aug⁹ ad animā loquēs. Dilige eum a q̄ tātuʒ dilecta es.

Dñica i Ramispalmaꝶ p⁹ meridiē smo.

Ecce ascen.

e Dicite filie siō:ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Zach.ix.r Matt.xxj. Uenit inq̄ tibi vt cū eo ascendas hierosolymā. Nota. solet timeri aduentus alicui⁹ pncipis qñ venit pͥpter vtilitatē suā.dura oia pplo impositurus. Sed nō sic venit rex chrs qui bonoꝶ nostroꝶ nō eget:sed venit ad nostraʒ

vtilitatē. Vñ di. ꝓpheta. Ecce rex tuꝰ ve-
nit tibi. i. ad vtilitatē tuā. Notādē sꝭ autē
tres ꝟtutes q̄ maxie decēt p̄ncipē: ꝛ excel-
lētissime fuerūt in chr̄o. Prima est affe
ctōis hūilitas. Vñ saul hūilis electꝰ est
in regē: ꝛ ꝓpt suā supbiā inde deiectꝰ. Pri
mi regū. xv. Cū esses puulꝰ in oculis tuis
caput in tribubꝫ israel factꝰ es ꝛc̄. Jlla sꝭ
ꝟba samuelis ad saulē. Scd̄a ē misera
tiōis largitas: in pauperes vicꝫ ꝛ ꝓprios
subditos. Arꝫ. de regimine p̄ncipiū. O ale-
xander tuis largꝰ esto. qꝛ ignominia p̄n-
cipis est paupertas ppl̄i ꝛ ḡ auaricia ꝛ ra
pina sūt ignobilitatꝫ signa. Tertia est
defensiōis strenuitas. s. ad defēdēdū sub
ditos. Vñ de Dauid dr̄. j. Regū. xxij. qꝛ
ꝯuenerūt ad eū oēs qui erāt in angustia
ꝯstituti: ꝛ oppssi suoꝝ pctōꝝ debitꝫ Chri
stꝰ itaqꝫ hūit ꝟtutes p̄dictas excellētissi-
me. Fuit em̄ hūillimꝰ: iō in ꝟbis priꝰ po-
sitꝫ dr̄ māsuetꝰ ꝛ sedēs sup asinā. Chryso.
Vis intelligere māsuetudinē veientꝫ ꝯsi
dera spēm aduētꝰ eiꝰ. Nō sedet i curru au
reo: p̄ciosa purpura fulgēti: nec ascēdit sup
equū discordie amatorē ꝛ litꝫ: sꝫ sedet sup
asinā trāq̄llitatis ꝛ pacꝫ amicā. Nō vides
in circūitu eiꝰ lanceas splēdētes: sꝫ ramos
virētes: testimonia pietatꝫ ꝛ pacꝫ. Est etiā
miscōdissimꝰ ꝛ largissimꝰ dñs q̇ de ꝓprio
sanguine soluit p̄ciū nr̄e redēptiōis. Jtez
strenuissimꝰ defēsor est ꝯ inimicoꝝ neq̄ciā
Jō dr̄ venit tibi. i. ad liberādū ꝛ ꝓtegēdū
te. Sic ḡ dr̄. ps̄. Noli obliuisci omnes re
tributiōes eiꝰ

Salutatio.

Ecce ꝛc̄.

PRimꝰ ar. An solꝰ filiꝰ q̇ ꝓ nob̄ pas-
sus ē sit redēptor nr̄: an etiā pr̄ ꝛ spūs
sctūs: O, nō solꝰ filiꝰ: qꝛ opa trinitatꝫ sūt
indiuisa. Jtē pr̄ dedit p̄ciū redēptōis nr̄e.
scꝫ filiū suū. Cōtra. Solꝰ filiꝰ ꝓ nobis sa-
tisfec. Rñdet Boñ. in. iij. dis. lxxix. Aliqs
dr̄ redēptor: aut ab auctoritate redēptōis
tm̄: aut ab auctoritate sil̄ ꝛ executōe. Prio
mō nō tm̄ filiꝰ: sꝫ ꝛ pr̄ ꝛ spūsscts dr̄ redē-
ptor. Scd̄o mō solꝰ filiꝰ: q̇ vt di. magr̄ est
redēptor inq̄ntū deꝰ: ptātis vsu: inq̄ntū ꝟo
hō: hūilitatꝫ effectu. Hec bo. Pro fūd.
Sepiꝰ ꝛ deuotꝫ aīs recordare dēmꝰ bñfi
ciū redēptiōis. Señ. de bñficijs. Narrare
dꝫ bñficiū q̇ accepit. Qd̄ aūt maiꝰ ē bñfi-
ciū q̄ gn̄is hūani redēptio: De q̊ galfre-
dus in sua poetria nouella. Proditor hūa
ne nake ꝓditor: in quā vis: vbi nūc tua vis
vbi mors vl̄ vincl̄a rupit. Rupit vi mira
tua vincl̄a mors sua: q̄ mors felix: q̄ felix
mors illa redēptio nr̄a ē. Sꝫ q̄rit̄. An so-
lꝰ ꝛc̄. Dic. rñ. vt s̄. Ex q̄ ꝯclud̄ q̄ mirabile
q̄ laudabile q̄ āabile ē nr̄e redēptōis my
steriū qd̄ ꝛ ptāte dei: ꝛ hoīs hūilitate im-
pletū ē. De q̊. Ber. ser. xxij. sup Cā. Ad
cumulū pietatꝫ tradidit in mortē aīaꝫ suā
ꝛ de ꝓprio latere ꝓtulit p̄ciū nr̄e redem-
ptiōis. Figuratāre charitatꝫ ꝛ benigni
tatis declaratiua. Matth. xxj. in euāgel̄.
hod̄. Dñs ex mōte oliueti misit duos di-
scipulos ad soluendā asinā sup quā hiero
solymā venit. Vñ d̄r eis Jte in castellū
qd̄ ꝯ vos est ꝛc̄. Spūal̄r Mons oliueti
excellētiā pietatꝫ signat. Scd̄ꝫ aūt hiero.
Mons iste vocat̄: mōs oliueti: mōs chri-
smatis: ꝛ mōs luminis: Jn q̊ notat̄ triplex
effectꝰ dñice passiōis. Jn oliua: venia in-
dulgētie. Jn chrismate: vnctio gr̄e. Jn lu
mine: splendor gl̄ie. Duo discipuli missi
sūt: timor ꝛ amor. Deut̄. x. Quid dñs deꝰ
tuꝰ petit a te nisi vt timeas eū ꝛ diligas.
Per asinam allegorice signat̄ populꝰ iu-
daicꝰ q̇ fuerat sub iugo legis. Per asellū
ppl̄s gentilis: sedet dñs sup vtrūqꝫ: quia
vtrūqꝫ ppl̄m saluari venerat. Moraliter
aūt asina siḡt aīam: ꝛ pullus: affectū lubri
cū: sup q̄s vult dñs sedere si a pctōꝝ vincu
lis soluant̄. Ligāt̄ aūt a ꝯcupiscētijs inor
dinatꝫ: diuitiaꝝ: deliciaꝝ: ꝛ honoꝝ. Chry
so. Ligata erat aīa. i. diabolici erroris vin
culo p̄pedita vt nō hēret ptātē ire q̊ vellet
Nā oēs anteq̄ peccemꝰ liberū hēmꝰ arbi-
triū seq̇ volūtatē peccādi an nō. O, si se-
mel peccantes obligauerimꝰ nos opibus
eiꝰ: iā oīno nr̄a ꝟtute euadere nō possumꝰ
sꝫ sicut nauis fracto gubernaculo illuc du-
citur vbi tēpestas ipulerit: sic ꝛ hō diuine
gr̄e auxilio pdito: nō qd̄ vult agit: sꝫ quod
diabolꝰ. Berñ. Difficilis quidē res ꝛ so-
li diue virtuti possibilis: susceptum semel
pcti iugū de ceruicibꝫ suis excutere. Om̄
q̇ pctm̄ facit: seruus est pcti. Et q̇d signat
castellū ad qd̄ missi sūt discipuli: Dici po
test q̄ signat cor peccatoꝝ palliatiōibus ꝛ
excusatōibꝫ q̄si ꝓpugnaculꝭ ꝯ deū munitū
Quidā em̄ se excusant carnis infirmitate

ꝛ hi(qđ nefas ē)deū in culpa sua iuoluere volūt. Alij ex peccatiū multitudine: qbus dicit illud Aug. Nō ppterea min⁹ ardebunt qui cū multis ardebunt. Alij ex iuuētute: qi iuuētutē tenerēt diabolo: cum tñ dicat sapiēs. Ecclīastes. xij. Memento creatoris in dieb⁹ iuuentutis t. Turris aūt huius castelli est elatio ꝓpter quā erubescit hō cōfiteri. In hac turri: angel⁹ factus ē diabol⁹. Aug⁹ sup ps. Supbia angelū fecit diabolū. In hac etiā turri fact⁹ est saul demoniac⁹. j. Reg. xvj. In hac ēt nabuch. in bestiā mutat⁹ ē: vt videretur sibi leo eē in posteriorib⁹: ꝛ bos in anteriorib⁹. In hac ḡ turri multi pctōres fiūt demoniaci ꝛ bestiales ꝛ h̄ instinctu diaboli: in hac turri q̄escētis. Sera hui⁹ castelli ē ptinacia cordis ꝛ obduratio: per quā fit vt multi verbū dei ꝯtēnāt in pctis ꝑseuerātes. De qb⁹ Esa. xxviij. Erit eis ṽbum dñi māda remāda: māda rmāda. expecta reexpecta ex. re. modicū ibi: modicū ibi: vt vadāt ꝛ cadāt retrorsum. ꝛc.

p Ecūd⁹ ar. In pceđ. ser. dictū ē quđ hierosolymā ascēdere dēm⁹ cū dño. Nūc dicēdū quđ cū asino ꝛ cū pplo. Prio cū asino tripliciter.

Onera portando.
Semp laborādo.
Pericula vitando.

Primo: onera portādo. Asin⁹ em̄ hūilit onera portat: sic ver⁹ penitēs. Greg. Qui vere penitet on⁹ pnie nō abhorret: s; qcqđ ei ꝑ culpa iniungit: totū tacita cōsciā cōplectit. Scđo: sp laborando. Asinus em̄ ē aial laboriosū: sic ꝛ nos vitare debem⁹ ocia. Hiero. Sp aliqđ boni facito: ne diabol⁹ inueniat te ociosuz. Tertio: picula vitādo. Asin⁹ em̄ piculū cognitū cauet. Nā vbi semel ceciderit vl aliū cecidisse viderit: sp hūc locū horrescit ꝛ tutiorē viā qrit. Heu heu multi sūt asinis stultiores q̄ pctoꝝ occasiones nō fugiūt: imo magis diligūt ꝛ se periculis offerūt. S; audiāt qđ dr. Ecci. iij. Qui amat piculū ꝑibit i ill. Tertio pncipalr dicendū quđ hierosolymā ascēdere debem⁹ cū populo Et hoc triplicit.

Primo viam cōsternēdo.
Chrm̄ regē cōfitēdo.
Salutē ab eo poscendo.

Primo viā ꝯsternēdo. Turbe em̄ pploꝝ cū sciuissent dñm aduenire in hierl̄m exierūt ei obuiā reuerēter vsq; ad montē oliueti in magna multitudine q; ꝯuenerant ad diē festū. Et qdā sternebāt vestimēta in via. Alij ramos virides đ arborib⁹ fructiferis: qb⁹ mōs oliueti ꝯsitus ē: ꝛ h̄ faciebāt in signū exultatiōis ꝛ honoꝝ. Moralit. Vestimēta ꝯsternit q̄ terrena cōtēnit. Greg. Quid em̄ sūt terrena oīa: nisi q̄dā corporis indumēta. Palmas portat: q̄ tentatōes deuincit. Oliuas portat: q̄ pietatis opib⁹ intēdit. Flores affert q̄ bonis opib⁹ studet. Ecci. xxiiij. Flores mei fructus honoris ꝛ honestatꝫ. Scđo chr̄m regem confitendo. Nam sicut hr̄ Marcī xj. Clamabant benedictū qđ venit regnū patrꝫ nr̄i dauid. Et Lu. xix. Bn̄dict⁹ qui venit rex in noīe dñi. Et Jo. xij. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dñi rex israel. Non tñ satis intelligebāt: q; de regno tpali intendebāt: cū dñs dixerit. Jo. xviij. Regnum meum non est de hoc mundo. Sed queris forte: quare dñs ad mortē vadens sic honorari voluit ꝛ sibi regias laudes impendi: qui prius oblatū regnū fugiēs declinauit: vt habet Jo. vj. Potest assignari ratio triplex. Prima est ratio sp̄ualis significatiōis. scꝫ quia rex esset nō tpalis regni sed eterni. Luce. j. Regni ei⁹ nō erit finis: ad qđ q̄dē regnū triūpho passionis ꝑuenit. Scđa ē rō aggrauāde passionis. Ber. Quid ē q; dñs voluit hr̄e pcessionē qui futurā nouerat passionē nisi forte vt amarior esset passio quā pcesserat processio: O q̄ dissimiles rami ꝛ crux: flores et spine. O q̄ dissimiles voces: rex israel est ipse: ꝛ Nō habemus regem nisi cesarem. O q̄ dissimile Tolle tolle crucifige eū: ꝛ Benedict⁹ qui venit in nomine dñi. Cui paulo ante vestimēta pbebant aliena: iā suis exuit et sors iacit super ea Tertia rō dande exemplationis: videlicet q; homo in honore cōstitut⁹ debet habere memoriā mortis ne superbiat: sed magis honores cōtemnat. Unde cum populi dñm acclamarēt regē: pharisei de morte ei⁹ tractabant. Joā. xij. Sic ꝛ frequenter: cum quis letatur in diuitijs: delitijs: honoribus mors eius accelerat. Unde q̄ mūdanis gaudet semp cogitare debet q; tendit

ad mortē Eccs.xj. Dixi in corde meo va.
et af. de fru.bo. et vidi ꝙ esset vanitas: ri-
sum reputaui errorē: ꝛ gaudio dixi: qd fru
stra deciperis. Nā qui nūc in hoc mūdo
floret: cito post ī terrā putrescet. Ecci.x.
Quid supbis terra ꝛ cinis: Tertio salutē
ab eo poscendo. Matt.xxj. Turbe autez
q̄ pcedebāt ꝛ q̄ sequebant clamabant: O-
sanna filio dauid. In quo signat ꝙ omes
tā pcedentes chri aduentū ꝙ seqntes sa-
lutē habere nō pn̄t nisi a chr̄o. Et addūt
Osanna in excelsis: vt p hoc appareat ꝙ n̄
de tpali: sed ꝺ celesti salute loqrent: ꝙuis
ꝓpria vocē non intelligerēt. Chrys. Puto
ꝙ nec ipsi q̄ laudabāt sciebāt qd laudabāt:
ſꝫ subito spūs ingressus ī eos ꝟitatis ꝟba
fūdebāt. Sed ꝛ nos ad eū clamem⁹: osan
na: qꝺ vtiqꝫ fructuosi⁹ agere nō possum⁹
ꝙ ipi dn̄i passionē sepi⁹ meditādo ꝛ deuo
tius honorādo. Exēplū in vitaspa. pre
dicatoꝝ. Fr̄ teutunic⁹ magne vite: a pue
ricia ꝯsueuerat habere passionē chri ꝛ ei⁹
vulnera ī magna reuerētia ꝛ amore dicēs
q̄nquies pater nr̄ in reuerētiā qnqꝫ vulne-
rū singul' dieb̄ rogās chrm vt sibi daret
timorē. s. pariter et amorē. Huic aūt sicut
ipse postea narrauit: visibilr apparuit xp̄s
dās de singulis vulnerib̄ suis sibi bibere
mirā dulcedinē: q̄ pcepta: tota mūdi dulce
do erat ei in amaritudinē ꝯuersa. Naz vt
dicit Ber. Arbor crucꝫ ꝛ chri passio bal-
samū fudit spūaliū charismatū.

t Erti⁹ articulus. Audistꝫ ꝛc̄. Vide-
te ꝙ q̄nta fecit chr̄s mysteria vt aias
redimeret ꝛ spōsas sibi copularet. Sꝫ no-
tate qꝺ lex dicit: Vxor ꝓpter adulteriuz
omnib̄ bonis viri priuāda est: ac etiā do-
tem suā pdere. C. ad l. iuliam aut adulte-
rijs libertatē. et extra de donatiōib̄ inter
virū et vxorē. Plerūqꝫ. Notate Si puel-
lam sic a filio regis redemptā ꝛ desponsa
tā, vt in sermo. pced. diximꝰ. ꝯtigerit pce
dēte tpe nuptiaꝝ fornicari cū vilissimo q̄-
dam mancipio: nōne multū vituꝑanda et
merito a filio regis repudiāda: ꝛ bonis oī
bus spoliāda: Certe sic. Expone et appli
ca Notādo illꝺ. ij. Paral. xv. Si dereliq̄-
ritis eū: derelinquet vos.

Ecce ascēdi-

e mus ꝛc̄. Iuxta est qui iusti
ficat Esa. l. Necessaria ē no-
bis iustificatio si volum⁹ ascēdere hierly
mā. Nec diffidere debem⁹ qm̄ iuxta est q̄
iustificat. i. parat⁹ est nos iustificare si ad
eum puro corde cōuertimur. Ad qꝺ nos
inducere debēt tria q̄ in ipo chr̄o oñdunt
esse p epl'am hodiernā. Primū est prom
pta obedientia: cū dicit: Dn̄s deus ape-
ruit mihi aurē. s. ab instāti ꝯceptionis: re
uelando mihi passionē quaz passur⁹ sum:
ego aūt nō ꝯtradico. ꝛc̄. vsqꝫ: vt petrā du-
rissimā. Scꝺm est pura innocētia: cū ꝺt
Scio qm̄ nō ꝯfundar; iuxta est q̄ iustifi-
cat. i. me iustū oñdit. Tertiū est ampla
miscꝺia: cū ꝺt: Quis ex vobis timēs do-
minū audiēs vocez serui eius. i. chri q̄ for
mā serui accepit Qui aūt in te. ꝛc̄. Speret
in nomie dn̄i ꝛc̄. q. d. Hoc secure facere p̄t
qꝛ magna est eius miscꝺia. Sꝫ nota ꝙ di.
Timēs deū et audiens vocē ꝟui eius ꝛc̄.
quia solis deū timentib̄ ꝛ vocē ei⁹ audiē-
tibus dat miscꝺia.

Ecce ꝛc̄.

p Rimus arti. An p chri passionē fuit
remissio pctōꝝ. O, nō: quia est a so-
lo ꝺo. Esa. xliij. Ego sum de⁹ q̄ deleo iniq̄
tates tuas ꝓpter me. Cōtra. Apoc. vij.
Lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo.
Rn̄det Bonauen. in. iij. dis. xix. Quāuis
nec resurrectioni nec passioni attribui pos
sit ꝓprie causalitas iustificatiōis siue dele-
tionis culpe: habēt tn̄ aliquā cause ꝯside
rationē. Attribuit em̄ eis iustificatio nr̄a
p modū meriti interueniētis: ꝛ habet re-
duci ad causam materialē: p modū exēpli
ꝓuocātis et excitātis qꝺ habet reduci ad
mouentē causam ꝛ efficacitatē: p moduz
exēplaris regulantis: qꝺ habꝫ reduci ad
causam formalē: p modū sibi ꝗetātis ꝛ hꝫ
reduci ad causam finalē. Attamē cā merē
di iustificationē attribuit soli passiōi: non
resurrectioni. Rō ꝟo terminādi et ꝗetādi
et relatio attribuunt vtriqꝫ. Passio enim
nos excitat ad dilectionē dei: et vlterius
ostendit nobis q̄liter debeam⁹ mori pro
chr̄o. Resurrectio etiā nos ꝓuocat ad iu-
sticiā p quā adq̄ram⁹ illā gliam: ꝛ nobis
oñdit q̄lit in nouitate vite ambulare de-

bemus. Hoc Bonauē. Pro fundamē. Vere chr̄s se verū oñdit p̄ncipē. vi. Aris. v. ethi. Pricipem decz aliis: nō sibi laborare q̄re ⁊ sibi ab aliis danda ē merces vcz ⁊ honor ⁊ glia. Chr̄s p̄fecto nō sibi sed nob oib⁹ laborauit q̄ sua morte peccata nostra destruxit Unde Galfredus i poetria no. Hec sua mors aie sanauit vulnera/lauit sordes/amouit culpas. O q̄ pia chr̄i grā q̄grata pietas. Querit̄ ḡ. An p chr̄i passione. ⁊c. Dic rn̄. vt̄s. Ex q̄ cōclude q̄miseri sunt q̄ manēt in pctis indurati Prouer. xiiii. Miseros pp̄lōs facit peccatum Et Aug⁹. li. ⁊fes. Quid miseri⁹ misero nō miserāte seipsū O pctōres obstinati/vsurarii lubrici. ⁊c. Quare aiab⁹ vr̄is nō miseremi Timēdum satis q̄ sūt multi tales. Nam plures ⁊si qñq̄ cū aliis initiū habeāt aliquod pñie: emēdationisq̄ non tn̄ p̄ueniūt ad fructū. habēt em̄ solū folia extioris apparētie Ideo maledicēdi sunt a dño Esa. p̄io Ve gēti peccatrici pp̄lo graui iniq̄tate. ⁊c. Figura. Mat. xxi. Maledixit dn̄s ficulnee habēti folia s̄z nō fructū q̄ ⁊tinuo aruit. vide ibi. Spūaliter expōe de phariseis ⁊ similib⁹ induratis q̄ folia habēt v̄bo rū et exterioris apparētie Esa. v. Ve qui cōtrahitis iniq̄tatē in funiculis vanitatis.

¶ Ecūdus artic̄ls. In euāg. qd̄ scribit Ioā. xii. Notāde sunt tres ⁊sideratiōes q̄ nos hortātur disponere vt ascēdamus hierosolymam. Prima consideratio affectuose deuotōis Scd̄a maliciose idignatōis Tertia gratiose cōuersiōis Pria ⁊c. Deuotōis inq̄ quā boni puta lazarus maria ⁊ martha habebāt ad chr̄m. Unde cū venisset dn̄s an̄ sex dies pasche i bethaniam fecerūt ei cenā ibi ⁊ martha mistrabat. Lazar⁹ v̄o vnus erat et discūbentib⁹ cuz eo viuebat. loq̄batur. epulabat̄. v̄itas ostēdebat̄. infidelitas iudeo᷑ cōfundebat̄ Et b̄m eūdem Lazar⁹ cōuiuis iterrogātibus eum tristia loca penarum indicauit. Alchuin⁹. cena dñica fides est eccl̄ie que p̄fectōez op̄at̄ Martha mistrat cū fidelis aia op̄a sue deuotōis dño impēdit. Laza. .i. pctōr a morte pcti resuscitat⁹/vn⁹ est ex discūbētib⁹ ⁊ bene in bethania celebratur Nā eccl̄ia ē obediētie dom⁹. Maria ergo accepit libraz vnguēti nardipistici ⁊ effudit sup̄ caput Iesu sicut effundit̄ aq̄ rosacea p̄pter refrigeriū ⁊ odorē: et etiā vnxit inde pedes ei⁹ ⁊ dom⁹ impleta est ex odore vnguēti. Aug. Unguētū q̄ maria vnxit pedes Iesu iusticia fuit. et ideo libra fuit. Erat āt vnguentum nardipistici preciosi Pistis grece latine fides dr̄ Si q̄ris op̄ari iusticiā (iustus ex fide viuit) vnge pedes Iesu bene viuendo: dñica sectare vestigia Capillis terge: si habes sup̄flua da paup̄ibus ⁊ dñi pedes tersisti Capilli ei sup̄flua corp̄is vident̄. Un̄ cōueniēter p̄ caput significat̄ ip̄e chr̄s: per pedes paup̄es q̄ sūt mēbra ei⁹. sequit̄ Et dom⁹ īpleta ē ex odore vnguēti Augu. i. mūdus implet⁹ ē bona fama Qui ei male viuūt ⁊ chr̄iani vocātur iiuriam chr̄o faciūt. p̄ bonos āt nomē dei laudat̄. Audi apl̄m. Chr̄i inq̄t bonus odor sum⁹ in oi loco. Scd̄a ē ⁊sideratō maliciose idignatōis Prio ip̄ius iude di. vt q̄d p̄ditio hec q̄r. s. n̄ hēbat p̄ciū vnguēti. Siles sūt iude q̄ quod deo dat̄ p̄dituz esse dicūt. Sepe etiā cōtingit q̄ p̄ deo nō dant̄ res nisi p̄us deteriorate. Un̄ panē tēpestas: vinū tonitrua: vestē tinea paup̄ib⁹ dat: postea musca scutellā Et dr̄ iudas: q̄re h̄ vnguētū non venīt trecētis denariis et datū est egenis Hoc dr̄ simulās pietatē ad coop̄iēdam suā cupiditatē Ideo dr̄ euāge. Dicit āt h̄ non q̄r de egenis p̄ti. ad eū s̄z q̄r fur. ⁊c. Cōsuetudo erat iude accipere sibi decimā dato᷑ dño: voluit ḡ hoc vnguētū vendi trecētis denariis vt haberet trigita. Ideo voluit eos recuperare in vēditōe chr̄i. Scd̄m Aug. Ea que iudas furabat̄ dabat vxori et filiis Peius m̄lti faciūt q̄ bona crucifixi dant meretricib⁹ et spurciciis Cūq̄ sic murmuraret iudas rn̄dit ei dn̄s p̄ maria di. Sinite illā nūc de h̄ vnguento facere qd̄ p̄t vt in diē sepulture mee seruet illud. s. q̄r tūc p̄parabit qd̄ non poterit in me exponere p̄ueta acceleratōe resurrectiōis mee: s̄uabit ḡ illō loco isti⁹ Paup̄es em̄ semp̄ habebitis vobiscū: me āt nō semp̄ habebitis. Chry. q. d. Grauis ē tibi ⁊ onerosus s̄z expecta pax et abibo. Sequit̄ Cognouit ḡ tur. mul. q̄r il. est ⁊ ve. nō p̄pt̄ Ihm tm̄ sed vt la. vi. quē suscitauit a mortuis. Un̄ idignati ampli⁹ pharisei cogitauerūt vt et laza᷑ interficerēt q̄r multi p̄pt̄ illū abibāt et credebāt in Ihm Aug.

O stulta ꝛ ceca seuitia. q. dñs sustiere po
tuerit mortuū ꝛ nō possit occisum. Chrys.
Hoc eos mordebat ꝙ festiuitatē instantē
oēs dimittētes/bethaniā veniebāt. Vñ ꝛ
quādo in crastino viderūt turbas ꝓceden
tes obuiam dño/grauius indignati dice
bant ad semetipsos: videtis qꝛ nihil ꝓfici
mus. Ecce mūdꝰ totus pꝰ eū abijt Aug.
Turba turbauit turbam: qd aūt inuidet
ceca turba: qꝛ post eū abijt mūdus ꝑ quē
factus est mūdus. Tertia cōsideratio
gratiose cōuersionis. s. eoꝝ qui ꝑ dei grāz
ad fidem cōuertebant̄ sicut patet de gēti-
libus q̇ dicebant: volumus Jesum videre
August. Ecce iudei volūt eum occidere ꝛ
gētiles videre. Jesus eoꝝ deuotōem vi-
dens ꝛ in eis gētium cōuersionē inchoari
prenunciauit tp̄s sue passionis imminere
postq̄ꝫ gens erat ad fidem recipienda di.
Venit hora vt clarificetur filius hoīs in
fide videlicꝫ gētium Verūtamen ꝑ ꝯgru-
um exemplū oñdit ꝙ mors sua debeat pre
cedere. di. Nisi granū frumēti. ꝛc. Mors
quippe multuꝫ fructum attulit. s. fructum
remissionis peccatoꝝ: fructum cōuersiōis
gētium. et fructū glorie regni celorum Et
deīde instruit eos qui hꝰ fructus partici-
pes esse volūt. d. qui amat aīam suam. ꝛc.
Et ꝯsequēter confortat ne turbetur ꝓpo-
nēs exemplum sui. d. Nūc aīa mea. s. sensu
alis turbata est. i. afflicta est in ꝑte sensiti-
ua: passionibꝫ timoris et tristicie Et. quid
dicam. s. in hac et de hac tribulatōne. q. d.
non habeo qd dicam ereptōem querēs sꝫ
scio quid agam: qꝛ passurꝰ sum. Vnd̄ dt:
pater saluifica me ex hac hora: nō dixit in
hac hora in qua eum pat̄ morti exponit: sꝫ
ex hac hora qꝛ inde eū glorificauit Sed
ꝓpterea veni. s. volūtarie i horam. s. passi-
onis: pater clarifica nomē tuū me suscitā-
do. venit ergo vox de celo dicēs: Et clari
ficaui. s. multis miraculis ꝑ te factis et ite
rum clarificabo in tua resurrectione. Tur
ba aūt que stabat. ꝛc. Rñdit Jesus. Non
ꝓpter me. s. instruendū sed ꝓpt̄ vos: Et qꝛ
dt vox illa; et iterū clarificabo: idō ꝯsequē
ter dñs ostēdit modum di. Nunc iudiciuꝫ
est mūdi. Aug. Judiciū ei qd̄ in fine mū-
di expectatur erit p̄miorū et penarū: hic
aūt dicitur iudiciuꝫ discretōis. hoc vocat
hic iudicium. discretōnez. s. electorū a re-
probis: et a suis redemptis diaboli expul-
sionem. Vnde sequit̄ Nūc ꝑnceps huꝰ
mūdi eijcietur foras. m̄di inq̄ꝫ huiꝰ. i. ma
lorū hominū qui habitāt in mūdo Aug.
Quid ergo ait q̇spiam qꝛ diabolus eijcit̄
foras. iā ergo fideliuꝫ neminē tentat: imo
tētare non cessat Sed aliud est intrinsecꝰ
regnare: aliud forinsecus oppugnare. Et
cōsequēter declarat modum ꝑ quem eijci
tur. s. per mortem crucis. Vnde dicit. Et
ego si exaltatꝰ fuero. s. in cruce omnia. s. ad
salutem p̄destinata traham. ꝛc. per amorē
De hinc vt dicit. Chrys. Maliciose ipsuꝫ
interrogāt di. Nos audiuimus ex lege qꝛ
chr̄s manet in eternū ꝛ quō tu dicis: opꝫ
exaltari filium hominis. Augꝰ. Hoc euꝫ
dixisse intelligebāt: facere cogitabāt. Nō
ergo eis ꝟborū istorum obscuritatez ape
ruit infusa sapientia sed stimulata cōscien
tia. Dicit ergo eis Jesus. Adhuc modi-
dicum lumē in vobis est. Chrysosto. q. d.
Adhuc modico tēpore ego lux vobiscum
sum. Augꝰ. Modicū lumen in vobis est:
ꝑ hoc ꝙ intelligitis ꝙ christus manet in
eternū: ideo hortat̄ eos ne lucem omnino
perdant: dicit: Ambulate dum lucē habe-
tis: id est (vt ait Augusti.) dum aliq̇d ve-
ritatis habetis: et qui ambulat in tenebꝛꝫ
nescit quo vadat. Chryso. Quāta denicq̄ꝫ
iudei nunc agunt/et nesciūt quid agūt: sed
vt in tenebris ambulantes putāt rectam
incedere viam: et contrariā vadūt. Pro-
pterea dicit: Dum lucē habetis credite in
lucem. Certe solus christus lux est illumi
nans: omnisq̄ꝫ sciētia sine christo tenebre
sunt. Exemplū: Multi litterati et inge-
niosi quia christū nō querebāt/in erroruꝫ
tenebras ceciderūt: Patꝫ de hereticis: pu
ta de Arrio: Sabellio: et sic de alijs. Ex
opposito multi seculares ꝛ humanas sci-
entias fugientes solum christū querētes:
mirabiliter illuminātur. ꝛc. Patet de san-
cto Antonio qui ex respōsis suis in admi
rationē cōuertebat viros litteratissimos:
vt habetur in Vitaspatrū. Vnd̄ et Pau
lus dicebat. j. Corinth. ij. Nihil me iudi-
caui scire inter vos nisi Jesum ꝛc.

t Ertius articulꝰ. Audistis ꝛc. Vi-
dete ne vos magis inimicꝫ christi q̄ꝫ
amicis conformetis: et memētote huius
quod euangel. dicit: Ambulate dū lucem

habetis ꝛc. Nolite ergo negligere. Audite qd̓ dicit lex: Dissoluta negligētia prope dolum est. ff. mandati. l. Si fideiussor. Et illud quod habeť de constitutionib⁊. Cum a deo forma mandati diligēter est attendenda. Audite: Si rex alicui mandaret sub pena confiscationis corpis ⁊ bonorum: vt ante solis occasum coram se cōpareat: etiam sol multū processisset ⁊ adhuc restat longa via: Nōne diligēter festinaret? Credo ꝙ sic. Expone et applica notando illud. ij. paralip. iij. Nolite negligere quoniā vos elegit deus vt stetis coram eo.

Feria. iij. in ramispalmarum.

Ecce ascēdimus ꝛc.

Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimaꝫ. Hiere. xj. Portatus est agnus christus ad victimā vt ascendamꝰ hierosolymā. Est autē triplex ratio quare chr̄s magis dicitur agnus ꝙ̄ aliud animal immolaticiū. Vide sermone. ix. de Epiphania: articulo secūdo.

Ecce ꝛc.

Primus articulus. An christus per suam passionē nobis meruit celestis ianue apertionem. Q, non. Fides christi ante eius aduētum introducebat homines a statu culpe ad statum gratie: ergo pari ratione a statu vie ad statum glorie.

Cōtra. Augustinꝰ sup epistolā ad Hebreos. Per aliam hostiam non potuit nobis aperiri aditus regni nisi per mortem vnigeniti. Respōdet Bonauentu. in. iij. dist. xviij. Duplex est paradisus: scꝫ terrestris ⁊ celestis: ⁊ Adam peccante vtriꝙ ianua clausa fuit. Clauso autē ianue paradisi terrestris: fuit signum clausionis ianue celestis. Est autē paradisus celestis aperta dei visio. Clausio autem eius: fuit impossibilitas videndi deum facie ad faciem: que impossibilitas consurgebat ex peccato Ade ⁊ ex decreto diuine sententie quomodo videlicꝫ deus decreuerat neminem ad sui aspectum admittere nisi prius sibi facta emenda ⁊ satisfactione pro illo peccato: Huiusmodi autē emenda facta est per christi passionē. Ideo p eam patet nobis aditus in celum. Cum autē diciť ꝙ fides chr̄i ante ꝛc. Diciť ꝙ nō est simile: quia status gratie bene cōpatitur secum obligationē ad penam: non autem status glorie. Hoc Bonauētu. Pro fundamento. ꝙ̄ felices qui laborant diligenter ad hoc vt celi ianuam intrent. Nihil enim omnino facilius nisi ad illam intrandam festinemus: quoniā cetera omnia deficiūt. Seneca ad Lucillū. Corpora nostra rapiuntur fluminum more: quicquid vides cuꝫ ipse currit/ nihil ex his que videmus manet. Et Galte. in alexand. Dum queruntur opes: dum fallax gloria rerum: mortales vanis circūuolat alis Dum petimus profugos qui nūc venduntur honores. Ecce repētine modiceꝙ occasio febris dissoluit toto queꝙ parauimus euo. Magnꝰ in exēplo est cui nō sufficerat orbis Sufficit exciso defossa marmore terra Quiꝙ pedū fabricata domꝰ: qua nobile corpꝰ exigua requieuit humo. Solliciti ḡ simus nō ꝓ terrenis sed ꝓ celestib⁊ q̊ꝫ nūc in nobis apta ianua. Sed q̄ritur: An p passionē ꝛc. Dic rn̄sio. vt s̄. Ex qua ꝯclude ꝙ̄ feruēti affectu recolēda a nobis est passio chr̄i: p quē sic nobis patꝫ ianua celi. Apocal. iij. Ecce dedi corā te ostium apertū. O misi pctōres q̇ ostiū illō vobis clauditis: piuri: blasphemi ꝛc. Om̄ vt hr̄ Esa. lix. Iniq̄tates vr̄e diuiserūt inter vos et deū vestrū. Auferte ḡ pctā q̄ obstaculū faciūt vt in celū ingrediamini qd̓ omnib⁊ aptū est p chr̄i passionē: cū antea toti gn̄i hūano clausuꝫ erat. Siccꝙ natura hūana exulata erat a p̄ria sua ad quā redire nō poterat nisi prius chr̄o passo. Figu. Nume. xxxv. vbi diciť: Homicida manebit in ciuitate refugij donec sacerdos magnꝰ q̊ oleo sctō vnctꝰ est moriať: q̊ mortuo: poterit redire in domū suā. Expone Spūaliter homicida ē genꝰ humanū qd̓ ab initio spūale cōmisit homicidiū ꝓuādo se vita gratie: ⁊ iō expulsum est celesti hereditate ⁊ descēdebat in limbū q̄si i ciuitatē refugij a q̊ nō potuit redire nisi ꝓus chr̄o mortuo i cruce q̇ apuit ianuā vite. Vn̄ crux ē clauis Dn̄i q̄ apit ⁊ nēo claudit. Apoc. iij.

Secundus articulus. Quoniā n̄ habemꝰ hodie speciale euāge (cap.

liū aliud q̄ꝫ de passiōe dn̄i iō loqui volu/
mꝰ de fructibꝰ ex deuota meditatiōe dn̄i
ce passionis,puenientibus q̄ tres sunt pn
cipales.
Primus est peccatoꝝ destructio.
Scd̄s anioꝝ fortificatio.
Tertius bonoꝝ adquisitio.
In hoc ſmone dicemꝰ de pmo: qm̄ vicz
oia ptā destruit ⁊ exterminat affectuosa
dn̄ice passiōis meditatio. Hec est pfecto
medicina peccatoꝝ purgatiua atqꝫ pser/
uatiua. Hoc aūt facit pcipue tripliciter.
Primo p viā reuocatiōis.
Scd̄o p viā oppositiōis.
Tertio p viā remissiōis.
Primo p viā reuocatiōis. Reuocat enim
oberrātes vt ad dn̄m redeant. Vn̄ dn̄s
clamat. Esa. xliiij. Reuertere ad me qm̄
redemi te. Christus pfecto de carne sua
sanguine rubricata fecit reclinatoriū ad
reuocandas aues: q̄ de manu nobilis euo
larant: scz aias peccatrices q̄ ab ipo nobi
lissimo dn̄o recesserūt Osee. ix. Effraim
q̄si auis auolauit. Aues aūt si forte nimis
impinguate: nō redeūt nec p voce recla/
mātis nec p reclinatorio. Sic aias pecca
trices passionis chr̄i meritū nō curantes
solet ipse diabolo dimittere. Prouerb. j.
Vocaui vos ⁊ renuistis ⁊c̄. Sequit̄. Ego
q̄ꝫ in interitu vestro ridebo. ⁊c̄. Cōside/
ra ergo o ptōr passionē chr̄i vt a ptis va
leas reuocari. Vn̄ cōueniēter ad pti re/
uocationē ponit̄ imago chr̄i crucifixi i me
dio eccl̄ie: vt videant oēs ⁊ ꝯsiderēt chri/
stū brachijs extēsis in cruce pendentē: q̄si
volentē oēs ad se trahere. Iuxta qd̄ dice/
bat. Ioā. xij. Ego si exaltatꝰ fuero a terra
oia traham ad meipsum. Scd̄o p viā
oppositiōis: qr videlz in passiōe sua ondit
dn̄s virtutes oppositas q̄buscūqꝫ ptis.
Reducūt̄ q̄ppe oia ptōꝝ gn̄a ad tres ge/
nerales radices. Iuxta illud. j. Io. ij. Oē
qd̄ est in mūdo: aut ꝯcupiscentia carnis
est: aut cōcupiscētia oculoꝝ: aut supbia vi
te. In passiōe aūt sua sustinuit dn̄s acer/
bissimas corpis afflictiōes ꝯ̄ cōcupiscen/
tiā carnis: extremā paupratē ꝯtra auari/
ciā: ⁊ abiectissimā hūilitatē ꝯtra supbiā.
Iō dt̄ dn̄s Thren. iij. Recordare paup/
tis mee ⁊ transgressiōis. i. vilificatiōis: ⁊
absinthij ⁊ fellis. i. amaritudinis. O igit̄
auari: o supbi: o carnales: si bn̄ meditemī
ni dn̄i passionē videbitis vos inimicos et
aduersarios cruc̄ chr̄i. Tertio p viam
remissiōis: Chr̄s em̄ in passiōe p nobꝫ pe/
nā sustinuit ⁊ emendā soluit. Esa. liij. Ve
re languores nr̄os ipe tulit ⁊ dolores no/
stros ipe portauit. Et Heb. ix. Sanguis
chr̄i q̄ p s. s. se ob. ima. deo emū. cō. no. ab
o. mor. Cū ergo te sentis ab aliq̄ vicio im
pugnari: meditare chr̄i sanguinē p te fusū
vt ⁊ a ptis ꝯmissis emūderis ⁊ a futuris
pseruerꝫ. Et qr chr̄s in passiōe sua copio
se p oibus satisfecit. iō si ei deuote ex anio
cōpatiaris: facile plenariā remissionē tam
culpe q̄ꝫ pene ꝯseq̄ris. Vn̄ ꝯfidenter dic̄
Apl̄s. ij. Tim. ij. Si cōpatimur ⁊ conre/
gnabimꝰ Salubre itaqꝫ documētū ē qꝫ hi
q̄ negligēter vixerūt: studeāt recupare ne
glectū ex vulneribꝰ ⁊ passiōe chr̄i. Exem
plū legit̄ de btō Bern̄. clareuall̄. qꝫ cū vi/
sum eēt ei qꝫ raptꝰ eēt in spū an̄ sūmū iudi
cē: ⁊ diabolꝰ eū de multis accusaret: q̄ren
ti diabolo vn̄ speraret hr̄e regnuꝫ eternū:
Rn̄dit Scio: qꝫ ad hoc merita mea non
sufficiūt: sed dn̄s iesus ipe dei filiꝰ cui cō/
petit regnū iure hereditario. cōpetit etiā
ei iure emptōis: qr illō emit sanguie suo:
altero iure sibi ꝯtentꝰ: altero iure de sua
miscd̄ia illud mihi donat. Vn̄ qd̄ ex me
mihi deest: ꝯfidenter vsurpo ex vulneri/
bus dn̄i: Qd̄ audiēs diabolꝰ ꝯfusus reces
sit. Multū ḡ salubris ē passiōis dn̄i me/
ditatō. Vn̄ dt̄ Albertꝰ magnꝰ. Simplex
recordatio passiōis chr̄i: magꝭ valꝫ q̄ꝫ si ie
iunaret q̄s in pane ⁊ aq̄: vl̄ si quotidie fla
gellis cederet̄ vsqꝫ ad effusionē sanguinis
vel si quotidie legeret psalteriū.
T Ertius ar. Audistꝭ ⁊c̄. Audite ḡ ne
dn̄ice passiōis meditationē expellen
tes inimicis succūbatis ⁊ in ptis moria/
mini: similes facti ei q̄ a se arma abijciēs:
reū se mortꝭ facit. Aud̄. qd̄ lex dt̄. Miles
q̄ amittit aut alienat arma illicite: capite
puniendꝰ est. ff. de re militari. l. desertorē.
§. Miles. Habet̄ aūt. xxiij. q. j. nisi bella.
qꝫ bella corporalia figurā gerunt spūaliuꝫ
belloꝝ. Vn̄ non dubiū grauissima pena
dignus est qui a se abijcit arma cruc̄. Ho
tate. si rex liberans aliquem de manu ini/
micoꝝ: dat sibi vestē quā q̄ncunqꝫ indue/
rit: cōfutabit aduersarios: ⁊ si forte ab ini

nicis fuerit vulneratus: p vestem illam curabitur: Nõne grauiter puniendus est si vestem illam abiecerit rc. Expone: Per vestem dominice passionis recordationẽ intellige rc. Ideo sicut dicit Paulus .ij. Timo.ij. Labora sicut bonus miles christi: arma videlicet crucis christi semper ferendo.

Feria.iiij.post dominicam in ramispalmarum Sermo.

Ecce ascẽdimus rc.

Hec dicit dominus deus Dicite filie sion Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo. Esai.lxij. Sed ibi notande sunt tres consideratiões ad hoc dispositiue vt ascẽdamus hierosolymã.

Prima est pceptiue autoritatis: Hec dicit domin9 de9 Dicite filie sion.

Scda saluatiue benignitatis: Ecce saluator tuus venit.

Tertia retributiue equitatis: Ecce merces eius cũ eo

De Prima ps. Annũciate de die in diẽ salutare eius: annũciate inter gentes gloriam eius. De secũda Aug9. sup Joan. Uenit saluator ad mundũ. Quare saluator dictus est mundi: nisi vt saluet mundum. De tertia Apocalyps.vlti. Ecce venio cito et merces mea mecuz est: id est potestas reddẽdi mercedem.

Ecce rc.

Primus articul9. An p christi passionem simus a potestate diaboli liberati: Q, nõ. quoniã adhuc potestatẽ exercet in hominib9 tentando z vexando.

Contra. Imminẽte passione domin9 dixit Joan.xij. Nũc princeps mundi huius eijcietur foras. Respondet Tho. in .iij. parte sum. q.ix. Circa potestatẽ quaz diabolus in homies exercebat ante passionem tria sunt cõsideranda

Primũ ex parte hominis q̃ suo peccato hoc meruerat.

Secundũ ex parte dei offensi: qui p suã iusticiam diabolice potestati homines reliquerat

Tertiũ ex parte diaboli qui sua nequicia hominẽ a consecutiõe salutis impediebat.

Quantũ ad primũ: Homo est a potestate diaboli liberatus p passionẽ christi inq̃ntuz ipsa est causa remissionis omniũ peccato℞. Quantũ ad secundũ: inq̃ntum nos deo reconciliauit. Quantũ vero ad tertiũ: inq̃ntuz diabolus in passione chri excessit modũ potestatis sibi tradite machinando in mortẽ chri qui meritũ mortis nõ habebat. Licz adhuc diabolus tentet hominẽ: tamẽ cõtra tentatiões et alias diaboli vexationes: pparatum est homini remediũ ex passione christi. Hoc Thomas

Pro fundamento. Nobilis cõdicio principis est: clementẽ esse: pcipue subiectis. Seneca. Nullũ clementia magis q̃ principes decz. Et Seneca introducit Uirgiliuz d Anchise sic dicente: Enee he tibi sint artes paciq̃ imponere morẽ. Parcere subiectis z debellare superbos. Sic fecit domin9 qui ex clemẽtia sua pepcit generi humano pacẽ eius faciens cũ deo et debellans diabolũ superbissimũ. Queritur q̃ An p chri passionẽ rc. Dic responsionẽ. Ex qua ɔclude ɔtẽplationẽ deuotã: vicz q̃ sicut diabol9 astutia sua hoiem deiecerat: ita chrs in sua mirabili prudentia diabolũ supauit. Ans.li. Cur deus hõ Uenit redemptor z victus est tentator/ tetendit illi muscipulã crucem et dedit illi escam sanguinẽ suũ Fuit quippe crux chri quasi bacul9 piscãtis/ deitas quasi ham9/ et caro quasi esca. Grego. in omel. quadã. In virga crucis trãsglutiẽs diabolus carnem hũanitatis: transfixus ẽ hamo diuinitatis. Ipe eñ diabolus iudeos iduxit ad procurãdum mortem chri. ipe etiaz iudã pditorẽ ad chri vẽditõem istigauit volẽs anihilare chri doctrinã quam chrs appropinquante tpe passionis studiosius ãpliauit. Cõtemplemur itaq̃ qm die palmarum acriter pharisеoruz vicia rephendit: emẽtes z vendẽtes de templo eiecit ita vt cõfusi iudei ignorabãt quid rñderent. Silit die lune sequẽti et die martis iterũ venit in hierusalem/ multasq̃ disputatões ibi habuit. Die aũt mercurij ire hierusalem noluit vt pncipibus sacerdotũ z iude pditori locum daret/ et cũ matre de hũana redemptõe tractaret: in bethania igitur illa

die remansit. Cōtemplemur igit' dulcissimum Jesū cū matre charissima de mysterijs hūane redemptōis illa die cōferentē: taliaqꝫ ꝟba di. Dulcissima mater scitis ꝙ a deo patre exiui et veni in mūdum. Nunc instat hora qua reuertar ad eū qui misit me crudeli morte moriturū qm̄ omnia q̄ de me scripta sunt in breui cōplebūtur. sꝫ mater sanctissima consolamini qm̄ die tertia resurgam Beata igitur virgo lugubri voce respondit Fili carissime etsi redemptōnē hūani gn̄is desidero: tamen in sola cogitatōne mortis vestre tota cōcutior Quō ergo potero eam videre Considera si potes in ꝙgraui dolore sunt filius ⁊ mater inter hec verba Interī qn̄ dominus nō iuerat in hierusalem pricipes sacerdotū ⁊ seniores ꝑpl̄i ꝯgregati sūt i domo caiphe et consiliū fecerūt vt Jesum dolo tenerent et occiderēt. Matth. xxvj. Putauerūt em̄ eum subterfugisse velle. Conferebāt ergo de modo di. Nō in die festo ne fiat tumult⁹ in populo. Judas igitur instictu diabolico dn̄m relinquens in hierusalem veniēs: effrenat⁹ venit ad eos di. Quid vultis mihi dare et ego vobis eū tradā: Matth. xxvj. q. di. Eum scio de quo tractatis: scio quo vadit. Ne faictes q̄ aduiser. quid vultis mihi dare: O iuda q̇d cogitas: sꝫ ꝓh dolor sicut dicit Leo papa: Anima lucri cupida etiā ꝓ exiguo perire nō metuit: nullūqꝫ in illo corde est iusticie vestigiū vbi auaricia fecit sibi habitaculū. Audientes ergo iudei cogitauerūt hūc modū esse cōuenientē ⁊ mutauerūt ꝯsilium: Et gauisi sunt ⁊ promiserūt ei trigita denarios. Et spopōdit. O infelix mercator: similes sunt qui ꝓ sua breui delectatōe dn̄m relinquūt Patꝫ g̊ ex dictis quō diabol⁹ astutia sua ꝑ iudā ⁊ iudeos dn̄i mortē ꝓcurauit: sed dn̄s prudētia sua ꝑ ipam suā mortē diabolū deuicit ⁊ alligauit. Figura Apocaly. xx. Vidi angelū descēdentē de celo. i. christū habentē clauē abyssi. i. inferni: et catenā magnā in manu sua ⁊ apphendit draconē ser. ā. q̇ est diabol⁹ ⁊ sa. ⁊ alligauit eū ꝑ annos mille. i. vsqꝫ ad tp̄us antichristi ẜm glo. ⁊ misit eū in abyssum ⁊ clausit. i. potestatē nocendi limitauit vt nō seducat ⁊c. Hic victoriā obtinuit chr̄s ꝑ crucē. Vn̄ Cassio. Crux ē victoria xp̄i: ꝑditō diaboli

S Ecūdus articul'. In ꝓceden. ⁊c. Nunc de secūdo qui est amoris fortificatio. Fortificat em̄ animos dominice passionis meditatio ꝓcipue tripliciter

Primo ad continuandā penitentiā
Scdo ad obseruandā patientiā.
Tertio ad obtinendā victoriā

Primo ad cōtinuandā penitentiā. Heb. xij. Recogitate eū qui ad. se. su. ꝯtradi. vt nō fatigemini anis vr̄is defici. Corporem quippe nostrū excitare debēt aculei spinarum: flagella: claui: lancea ⁊c. Passio vtiqꝫ christi omnē penitētie laborem alleuiat. Bernar. Quid est qd̄ nō suaue tibi est si collegeris animo amaritudines dei tui: Aug⁹. lib. de virgi. Inspicite vulnera pēdentis: sanguinē morietis: preciū redimētis: Hec quāta sint cogitate: hec in statera cordis appendite vt totus vobis figatur in corde qui totus ꝓ nobis fixus est in cruce. Secūdo ad obseruandā patientiam: scꝫ in tribulatiōe. Aug⁹. Tēporalis afflictionis qd̄ nobis ꝓpinat aduersitas: nihil dulcius si cōsiderem⁹ quid pro nobis biberit ad patibulum/qui nos inuitat ad premiū. In figura huius aqua fluuij marath/que amara erat/ꝑ lignū crucis a Moyse positū ibi facta est dulcis. Vide Exo. xv. Unde Eccl'iasti. xlviij. Nōne a ligno indulcata est aqua amara: Et q̄rti. Regū. ij. Vas nouū: id est corpus christi in quo positū erat sal diuine sapiētie: positum in aquis hiericho reddidit eas dulces et potabiles: id est huius mūdi tribulationes fecit leues ⁊ facilit' portabiles.

Tertio ad obtinēdam victoriā. j. Corinth. xv. Deo gr̄as qui dedit nobis victoriam ꝑ Jesum christū. Fortificat autē christi passio et victoriam tribuit cōtra diabolicos insultus tripliciter. Primo animū excitando. Figura. j. Machabe. vj. Ostendebāt elephantib⁹ sanguinē vue et mori vt eos acuerent ad ꝓlium. Sic ⁊ cōtemplatio sanguinis christi acuit ad pugnādum contra diabolū. Secūdo hostē debilitando. Pro cuius declaratiōe Notandum ẜm Alexand. in. iij. parte in tractatu de effectibus passionis. Et Bonauentu. in. iij. dist. xix. Diabolus ante passionē christi triplici potestate vtebat' contra hominē, vicꝫ potestate attractiua: scꝫ

custoꝝ ad limbum. Hec manus sibi oīno fuit amputata per christi passionē ꝑ quaꝫ deletū est chirographuꝫ decreti: vt dicit Apostol⁹ Col.ij. Potestate impulsiua: scꝫ ad peccatū qua fere in omnib⁹ regnabat et vix poterat quis ei resistere. Et hec debilitata est per passionē christi per quā lumen veritatis agitur contra diabolicam violētiam. Item potestate vexatiua: scꝫ corꝑaliter: Et hec est sibi diminuta. Per passionē em̄ non habet potestatē vexandi nisi tm̄ excōmunicatos ⁊ ab ecclesia precisos: nisi forte quādoqꝫ ex speciali diuia ꝑmissiōe ad exercitiū sanctorū: sicut legim⁹ de beato Antonio qui fuit a demone flagellatus. Tertio passio christi fortificat cōtra diabolicos insultus arma defensiua ministrando. Unde dicit Damascen. lib. iij. Crux est galea et scutuꝫ aduersus diabolum. Exemplū legitur in Barlaā: ꝙ cum Josaphat rex dimisisset regnū ⁊ penetraret eremū in quo pl⁹ ꝗ̄ ꝑ duos annos oberrauit querēs magistrū suū scm̄ Barlaā. Postqꝫ ei diabolus immiserat multas tentatōnes de gloria quā dimiserat de delitijs: de regno: ⁊ amicis: nec ꝑualere posset ei neqꝫ ꝑ asperitatē nec ꝑ paupertatē neqꝫ ꝑ difficultatem vie. Ad vltimū apparuit ei et euaginatū gladiū tenēs mortē sibi ꝯminās nisi rediret: ⁊ assumēs diuersaꝝ ferarū formas horribiles ꝑterrere nitebat̄. Sed oīa dei seruus crucis signaculū opponens vincebat et demones fugabat. Sic etiā nos faciam⁹ cōtra demonuꝫ tentamenta: et victores erimus. Alioqn dicturus est nobis chr̄s illd̓ Boecij. iij. de consolatōne. Talia tibi cōtuleramus arma que nisi prior abiecisses. inuicta te firmitate tuerent̄.

t Ertius articul⁹. Audistis ⁊c̄. Notate qm̄ dn̄s ꝑ suā passiōeꝫ nobis tot bn̄ficia ꝯtulit vt ipm amem⁹. Nō credatꝫ ꝑ ꝟtute passiōis vicere posse pctā: tribulatiōes: ⁊ tētatiōes: ⁊ hereditatē celestē obtinere: nisi chr̄m diligatꝫ. Nā vt dt lex. Nihil tā naturale ꝗ̄ vt adqsitio fiat ꝺm volūtatē dn̄i tradētꝫ. vt hr̄ in l. Et fac optime qd̓ hr̄ c. si. de simoniacꝫ. ⁊ ī c. Ex trāsmissa de decis. Est āt volūtas dn̄i vt celestē hereditatē adqram⁹ merito sue passiōis: tribulatiōes patiēt̄ sustinēdo: ⁊ in pn̄ia ꝑseuerādo atqꝫ tētatōes d̓uincēdo: qd̓ neqꝗ̄ possum⁹ nisi ꝑ amorē chr̄i q̄ in nob̄ maxīe feruere debꝫ ex recordatiōe sue passionis: qd̓ apparebit euident̄ si attēdam⁹ ꝑabolā quā barlaā ꝓposuit iosaphat. Quidā qtuor amicos habuerat q̊ꝝ tres pl⁹ ꝗ̄ seipꝫ dilexerat ⁊ ꝓ illis ꝓpria negocia dimiserat Pro q̄rto ꝟo valde pauca fecerat. Cū aūt a terribilib⁹ regꝫ famul̄ capet̄ ꝓ decēmilib⁹ talētoꝝ q̄ debebat: datꝫ sibi inducijs vt amicos rogaret ꝓ debiti solutōe: ⁊ sic a suspēdio libaret̄. Prim⁹ ab eo rogat⁹ rn̄dit ꝙ ex q̊ in illd̓ discrimē cecidisset: nihil nisi linteoluꝫ daret q̄ inuolueret̄ Scd̓s dt ꝙ hāc solā grām ei faceret ꝙ eū vsqꝫ ad patibulū ꝯduceret. Terti⁹ ꝙ ipsemet eū suspēderet Quart⁹ h̄ audiēs dt: lꝫ ꝓ me pauca fecerꝫ qꝛ tm̄ ad me recuꝛrꝫ in nc̄itate: et me de cet̓o diligere ꝓponis: ꝓ te ne suspēdarꝫ me venalē exhibeo ⁊ suspēdi volo. Prim⁹ amic⁹ fals⁹ ē md̓s a q̊ nō recipit nisi sudariū. Scd̓s sunt heredes ⁊ amici mūdi q̄ ꝯducūt vsqꝫ ad sepulcꝝ. Terti⁹ ē diabol⁹ q̄ hoieꝫ suspēdit ad inferni patibulū. Quart⁹ q̄ ver⁹ ē amic⁹: est ipē chr̄s q̄ ꝓ hoie suspēdi voluit ad crucꝫ lignū. Si ḡ (vt dt Aug. li. de cathezizādis rudib⁹) amare pigebat. saltē redamare nō pigeat.

Feria. v. in cena dn̄i Sermo.

e Ecce ⁊c̄. Dn̄s Iesus in q̄ nocte tradebat̄ accepit panē ⁊ grās agēs fregit ⁊ dixit Accipite ⁊ māducate: h̄ ē corp⁹ meū. j. Cor. xj. Hoc ē mysteriū q̊ in celū ascēdere possum⁹. In his āt ꝟbis tria sūt notāda circa xp̄i passiōꝫ ⁊ sacr̄m corporis ei⁹. Charitas inextimabil̄: Dn̄s ies⁹ in q̄ nocte trade. ⁊c̄. Exferuēti ei charitate se tradi voluit. Libalitas iexplicabil̄: Acce. pa. ⁊ grās ag. fre. ⁊ dix. acci. ⁊ mā. Suauitas incōꝑabilis: Hoc ē corp⁹ me. Qd̓ em̄ hoc sumam⁹. De pmo Hiere. xxxj. In charitate ꝑpetua dilexi te. Et Cātic. viij. Aque multe nō potuerūt extinguere charitatē. De scd̓o ps̄. Misericors ⁊ miſator dn̄s escā de. timē. se. De tertio. Joā. vj. Caro mea vere est ci. sanguis me. ve. est potus. Salutatio.

Ecce ⁊c̄.

p Rimus articul'. An passio chr̄i fuerit verū sacrificiū: Q, non. Passio christi fuit maxime crudelitatis. Cōtra. Eph. v. Tradidit semetipm oblationem ꝛ hostiā deo in odorē suauitatꝫ. Respōdet tho. in. iij. pte. q. xlix. Sacrificiū ꝓprie dicit' aliqd factū ad honorē dei: ꝛ ad eum placandū. Et iō Aug⁹. x. de ci. dei dicit. Verū sacrificiū esse omne op⁹ qd̄ agitur vt sctā societate inhæream⁹ deo: relatum scꝫ ad illū finē quo veraciter bti esse possimus. Fuit ergo passio chr̄i verissimū sacrificiū deo acceptissimū: vtpote ex maxima charitate: licꝫ ex parte iudeoꝝ fuerit opus crudelitatis maxime. Hec Tho.

Pro fundamēto. Multū dn̄o tenemur qui seipm ꝓ nobis gratis offerre voluit. Ouidi⁹ sine titulo. Gr̄a ꝓ rebus merito debetur inēptis. Sed heu ꝙ multi sunt ingrati. Seē. de bn̄ficijs. Inter plā maxi maqꝫ vicia: nihil est frequētius ꝙ ingrati animi. O miseri pctōres ꝙ graui ꝯfusiōe feriendi estis ꝓ ingratitudine vr̄a qui non timetis eū offendere qui se ꝓ vobis mori dedit in sacrificiū imaculatū deo. Cum ergo q̄rit'. An passio ꝛc. Dic rn̄. vt s. Ex q̄ ꝯclude q̄nta deuotiōe chr̄i charitatem laudare debem⁹ q̄ totū ꝓ nobis sacrificiū obtulit. Et cū q̄ttuor ꝯsiderent' in oī sacrificio. Vt dicit Aug⁹. iiij. de trini. s. cui offerat'. a q̄ offerat': qd̄ offerat': ꝛ ꝓ quo offerat'. Ipe q̄ vn⁹ verusqꝫ mediator: ꝑ sacrificiū pacis recōciliat nos deo: vnū cuꝫ eo manēs cui offerebat: vnū in se faciēs ꝓ q̄bus offerebat: vt vn⁹ ipse esset q̄ offerebat: et qd̄ offerebat. Hoc est igit' verissimū sacrificiū efficaciā habēs mirabilē: et prorsus inexplicabilē. Valet em̄ ad pctōrū remissionē: ad diuine gr̄e recōciliationē ꝛ ad dei p̄cipuā venerationē. Figu. Leuit. xxiij. et plib⁹ alijs locis. Tria erāt genera sacrificioꝝ in ve. te. q̄dā ꝓ pctō: q̄dā ꝓ gr̄arū actiōe de pceptis bn̄ficijs vel pro pcipiendoꝝ postulatiōe: ꝛ hmōi dicebant' hostie pacifice. Alia erant simpliciter ꝓpt' dei honorē q̄ dicebāt' holocausta. Spūaliter. hec oīa figurabāt chr̄i passionē: q̄ h̄ triplici mō habet rationē sacrificij: sacrificium inq̄ animaꝝ sanctificatiuū. Heb. x. Sanctificati sumus per oblationē christi iesu semel.

s Ecūd⁹ arti. In pceð. ꝛc. Nūc de tertio q̄ est spūalium bonoꝝ adq̄sitio. Bern̄. Homo si vis de virtute in virtutē ꝑuehi: si vis de gr̄a in gr̄am ꝓmoueri: de amore in amorē: de luce in lucē: de bono in meli⁹: passionē chr̄i recordare. Idē. Arbor crucis si est q̄ colligat: vitā germinat: iocunditatē fructificat: oleum stillat: balsamū fundit spūaliū charismatū. Non est arbor siluestris. lignū vite est apphendētibus eā arbor salutifera lignū crucꝫ. Precipue aūt ex deuota passiōis meditatione ꝓuenit triplex adquisitio boni.

Prima est adq̄sitio illumiatie visiōis.
Scda ē adq̄sitio charitatiue affectōis
Tertia ē adq̄sitō saluatiue dispositōis

Prima est ꝛc. Hoc est collyriū q̄ inungendi sūt oculi: vt videant. Apoc. iij. Itē hec est ꝑga: de cui⁹ sūmitate gustato melle illuminat' ionathas. j. Regū. xiiij. Item fel piscis: q̄ liniti oculi ceci curant'. Tobie. vj Illuminat aūt passio chr̄i deuote ꝯtēplata tripliciter. Primo ad cognitionē dī: ꝑ hoc em̄ manifeste cognoscimus q̄nta sit dei miscdia ꝛ gr̄a erga nos. Per virtutē em̄ passiōis manifestant' thesauri diuine sapiētie. j. Cor. j. Predicam⁹ vobis christū crucifixū: iudeis quidē scandalū: gentibus autē stulticiā. Ipsis autē vocatis iudeis atqꝫ grecis chr̄m dei virtutē ꝛ dei sapientiā. Scdo ad cognitionē sui: quia per hoc clare videm⁹ ꝙ pciose sunt anime nostre dei iudicio: q꞉ corpus ꝛ sanguinem ꝛ vitā ꝓpiā in statera crucis posuit vt animas nostras redemiret: ne de cetero vilissimo pcti pcio venderent'. Aug⁹. Agnoscat hō q̄ntū valeat: ꝛ q̄ntū debeat: ꝛ dum pciū suū cogitat: sibi vilis esse sinat. Re⁹ itaqꝫ erit nō parui pcij sed sanguinis iesu chr̄i qui violat ꝛ maculat animā chr̄i sanguine ꝛ passione redemptā. Tertio ad cognitionē peccati: per hoc luculēter ostēdit deus q̄ntū odit pctm̄: pro quo destruē do: nec pat' filio suo pepcit. quin illū mori pciperet: nec filius sibi ipsi. Patet etiam q̄ntum debemus detestari pctm̄ ꝛ cauere: q꞉ si deus ꝓpter peccata alioꝝ nō pepercit filio: nec nobis parcet pro peccatis nr̄is. Esa. liij. Propter scelus populi mei percussi eū. Scda est adq̄sitio charitatiue affectionis. Christ⁹ em̄ per passionem

suā maxie nos allicit ad amorē suū. Ber. sup cañ. Sup oia te mihi amabilē reddit o bone iesu calix quē ꝑ nobis bibisti: op⁹ redemptōis nr̄e frequenter memoratū: h̄ sepe excogitatum: facile sibi nr̄m vendicat amorē. Nihil deuotionē nostrā blandius allicit: iustius exigit: artius stringit: vehemētius afficit. Multū q̄ppe ibi ꝑ nobis laborauit: nec in omni machina mūdiali tantū sibi fatigatiōis assūpsit. Ibi em̄ habuit in dictis ꝯtradictores: in factis obseruatores: in tormentis irrisores: in morte exꝓbratores. Afficit igit̄ chr̄i passio ad amoris orationē. Propterea dicit spōsa in Cā. ij. Sub vmbra illius quē desideraueram sedi ꝛ fruct⁹ eius dulcis gutturi meo

Tertia est adq̄sitio saluatiue dispositōnis q̄ ex duab⁹ p̄dictis sequit̄. Et sicut dicit Chryso. sup Matth. Nulla res est q̄ magis ad salutē hoīm pertineat q̄ȝ mors chr̄i. Exemplū narrat cesari⁹ q̄ quidaȝ prior de ordine regulariū tp̄e quodā tanto sopore cepit affici q̄ nisi cito dormiret moreret̄. Cum ergo se inclinasset mox ei q̄dam ꝯuersus affuit di. Dñe cum licētia vestra vado. Et ille ait q̄ vadis. Et ait cōuersus: vado ad deū q̄ꝛ mortuus sum in hac hora. Et prior. Cū multi ꝑfecti transeant ad purgatoriū: quid est q̄ tā ꝯfidenter te dicis ituꝝ ad deū. At ille. Habebā ꝯsuetudinē vt quotiēs corā crucifixo hāc orationē dicerē. Dñe iesu chr̄e per illam amaritudinē passionis quā sustinuisti in cruce: maxime quādo anima tua egressa est de corpore tuo miserere anime mee in egressu suo. Et exaudiuit de⁹ orationem meā. Et ait prior. Quō fuit tibi morienti Rñdit. Videbat̄ mihi in agonia posito q̄ totus mund⁹ esset lapis vnus ꝛ p̄meret meū pect⁹. Propterea bñ d̄t Bern̄. Quotidiana chr̄iani lectio dȝ eē assidua passionis chr̄i meditatio.

t Ertius arti: Audistȝ. ꝛc̄. chr̄s quidē sui sanguinis cōmercio adq̄siuit celestē hereditatē: sȝ timendū ne reuocetur talis donatio ꝓpt̄ demerita nr̄a Iura enī dicūt q̄ reuocat̄ donatio ꝓpter m̄ltas causas: vt colligi potest ex. ll. C. d̄ donatȝ añ. ꝛ ex. c. fi. de dona. Quaꝝ vna: si deficiat cōdicio apposita. Altera si donatarius. atrocē siue grauē iniuriā fecerit donatori. Pone casum ꝛ applica notando q̄ chr̄s illa cōditiōe nobis adquisiuit regnum celeste: si eius mandata custodiam⁹: ꝛ grauis ei fit iniuria in eoꝝ transgressiōe. Iō ip̄e dicit Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi: serua mandata.

Feria quinta in cena dñi post meridiem.

e Cce ascēdimus ꝛc̄.

Probet autem se ipsum hō: ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bi. j. Corinth. xj. vt videlicet sic comedat q̄ virtute panis illi⁹ hierosolymā ascēdat. Est aūt ꝯsiderāda hui⁹ ꝓbationis: necessitas: vtilitas: securitas.

Propt̄ primū. Ibidē. Qui em̄ manducat ꝛ bibit indigne iudicium sibi mā. ꝛc̄.

Propt̄ scd̄m. Io. vj. Qui māducat hūc panē. s. digne viuet in eternū. Propter tertiū. j. Corinth. xj. Si nosmetipos dijudicarem⁹ nō vtiq̄ȝ iudicaremur.

Salutatio. Ecce ꝛc̄.

p Rimus arti. An chr̄s ex obedientia mortu⁹ sit: Q, nō. Nō legitur hoc sibi fuisse p̄ceptū. Cōtra. Phil. ij. Factus ē obediēs vsq̄ȝ ad mortē. Rñdet Tho. in. iij. p. Cōueniens fuit q̄ ex obedīa pateret̄ Primo quidē q̄ꝛ hoc cōueniebat iustificationi hūane. vt sicut ꝑ inobedientiā vnius: peccatores sūt cōstituti multi: ita ꝛ ꝑ vnius obedientiā iusti cōstituerentur multi. Vt d̄r. Rom̄. v. Scd̄o hoc conueniebat recōciliatōi: hois cū deo. Scd̄ȝ illud Rom̄. v. Recōciliati sum⁹ deo per mortem filij ei⁹ inq̄ntū. s. ip̄a fuit sacrificiū acceptissimū. Obediētia autē omibus sacrificijs p̄fertur: vt dicitur. j. Regū. xv.

Tertio fuit conueniens victorie qua de morte ꝛ mortis auctore triumphauit. Nō em̄ miles vincere pōt nisi obediat duci. Prouer. xxj. Vir obediēs loquit̄ victorias. Qȝ autē chr̄s accepat mādatū vt pateret̄. pȝ Io. x. vbi dicit Potestatē habeo ꝛc̄. ꝛ hoc mandatum accepi a patre meo. Hec Thom̄. Pro fundamēto. Bñficiū q̄nto celerius ꝛ prōptius exhibet̄: tanto gratius est. Plaut⁹ in aulularia. Celeritas: beneficiū grati⁹ facit. Et Sen̄. Nō

tm̄ q̇d daꝛ aut q̇d fiat: ſ3 magis qua men-
te refert. Multũ ergo deuote recognoſce
re debemus ꝙ prompto aĩo chr̄s ꝓ no-
bis ſe obtulit. Qui vt hr̄ Heb. xij. pro-
poſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ. Sed q̄
riꝛ an ex obedientia. Dic rñ. vt̄s. Ex qua
cõclude ꝙ amanda ſit obediẽtia per quã
repatũ eſt genus hũanũ ⁊ ꝙ deteſtabilis
inobedientia ꝑ quã ꝑijt natura angelica
⁊ hũana. Vñ obedientia mater eſt omis
bñdictiõis. Inobediẽtia ſo: radix omnis
malediẽtõis. Deuter. xj. En propono in
cõſpectu veſtro hodie benedictionẽ ⁊ ma
ledictionẽ: Bñdictionẽ ſi obedieritis mã
datis dñi dei veſtri. Maledictionẽ: ſi non
audieritis mandata dñi dei veſtri: ſed re-
ceſſeritis de via quã oſtendi vobis.

Figura. Geñ. iij. Primi parentes manda
tũ dei transgredientes: ſniam mortis in-
currunt ⁊ a paradiſo terreſtri expulſi dei
maledictionẽ ſuſceperũt. Geñ. xij. Abraã
obediẽti deo ꝓmiſſa eſt terra fertilis ⁊ da
ta ei bñdictio. Spũaliter expone qm̄ obe
dientie diuinoꝝ mandatoꝝ ꝓmittiꝛ bene
dictio celeſtis hereditatis. ⁊c. Iõ Hiere.
xvj. Obediamus vt bñ ſit nobis.

S Ecũdus articul⁹. In euãge. qđ ſcri
bitur. Ioã. xiij. Tria ſunt myſteria
cõtemplãda quoꝝ ꝯtẽplatio nos allicere
debet ad amorẽ ⁊ imitationẽ chr̄i ꝓ nobꝫ
paſſi. Primũ eſt myſteriũ motiue ratio-
nis videlꝫ ꝓpter quã diſcipuloꝝ pedes la
uit volẽs eis dare ſingulare exemplũ hũi
litatis. q̄r videlꝫ ꝓpe erat tp̄s paſſionis
ſue qñ receſſurus erat ab eis. Vñ dicit
in euãgel. Ante diẽ feſtũ paſce ſciens ieſus
q̄r venit hora vt tranſeat ex hoc mundo
ad patrẽ. t. Theophil⁹. Hoc dic̄. q̄r expli
care voluit qualẽ ad ſuos amiciciã gere-
ret. Iõ pedes eoꝝ lauit: vt oñderet hũili
tatẽ viã eſſe ſalutis. Vñ ſequiꝛ: cũ dilexiſ
ſet ſuos q̄ erãt i mũ. in fi. di. e. i. maiora ſig
dilectõis oſtendit. Volẽs etiã ex tãta be
nignitate oſtenſa: reuocare ꝓditorẽ iudã:
de quo ſubditur. Cũ diabolus iam miſiſ-
ſet in cor vt traderet eum iudas ſimonis
ſcariothis. Chryſoſt. Hoc q̄ſi ſtupens in-
terſeruit euãgeliſta qm̄ eũ q̄ iã ꝓdere ſta-
tuerat dñs lauit. Scđm eſt myſteriũ extẽ
platiõis informatiue: qm̄ cena facta: q̄ntũ
ad agnũ paſchalem: ſurgit dñs ⁊ depo-
nit veſtimenta ſua ⁊ cũ acc. lint. p̄. ſe. dein-
de mi. aquã in peluim ⁊ ce. la. pe. diſ. ⁊ ext.
lin. quo erat ipſe p̄cinctus. Vide ꝙ hone-
ſte ⁊ officioſe hũilitatis implet officium.
Venit ergo ad ſimonẽ petrũ q̇ inter alios
maior erat. Et tũc petrus ex cõſideratio
ne maieſtatis chriſti territus di᷑. Dñe tu
mihi lauas pedes? Auguſti. Quid es tu?
Quis es mihi cogitanda magis ſunt hec
ꝙ dicẽda. q. d. hoc indecẽs eſt ⁊ nullo mõ
ſuſtinendũ. quaſi di. ſm̄ Bedam. Tu de⁹
deoꝝ: tu rex angeloꝝ: tu fili⁹ altiſſimi: tu
quẽ adorant angelice poteſtates: tu deus
eterne mihi vermiculo laues pedes. Tu
ante me curuarꝭ ante quẽ curuanꝛ q̄ por-
tant orbẽ. Tu ante me flecteris ante quez
flectiꝛ omne genu celeſtiũ terreſtriũ ⁊ in-
fernoꝝ. Rñdens aũt ieſus dixit ei. Quod
ego facio tu neſcis modo: ſcies ãt poſtea
quõ. ſ. hoc ẽ exẽplũ hũilitatꝭ exhibende: ⁊
myſteriũ interioris mũdatõis. Petr⁹ aũt
de tanta hũilitate filij dei territus dixit.
Nõ lauabis mihi pedes in eternũ. i. nũꝙ
hoc patiar. Sed vt dicit Aug⁹. Cũ nõ eſ
ſet expediẽs petro ꝓpoſitũ: nõ ꝑmiſit do-
min⁹ illud verificari. Iõ rñdit ieſus. Si
non lauero te: non habebis partẽ mecũ.
ſcꝫ in btitudine. Siue hoc intelligaꝛ de
lotiõe myſtica. ſ. interioris macule: ſiue de
lotione corporali pedũ: q̄ ideo neceſſaria
erat q̄r a chr̄o p̄cipiebaꝛ. Nõ potuit chri-
ſtus in petrũ terribili⁹ intonare ꝙ vt cõ-
minaretur repulſam. Et iõ petrus expa-
ueſcens ſapienter mutat ſententiã di. Do
mine nõ tm̄ pedes meos: ſ3 ⁊ manus ⁊ ca
put. Myſtice ꝑ pedes: affectiões: per ma
nus opera: ꝑ caput cogitatiões mentis et
intentiões intellige. Dicit ei ieſus: q̄ lot⁹
eſt nõ indiget niſi vt pedes lauet: ſed. ⁊c.
Aug⁹. Ipſi humani affectus (ſine quibus
in hac mortalitate nõ viuiꝛ) quaſi pedes
ſunt: vbi humanis rebus afficimur: vt ſi
dixerimus qm̄ pctm̄ non habemus: ipſi
nos ſeducimus. Berñ. Lotus eſt q̄ gra-
uia peccata non habet: cui⁹ caput intentõ
⁊ manus. id eſt opera ⁊ conuerſatio mun
da eſt: ſed pedes qui ſũt anime affectio-
nes dum in hoc puluere gradiuntur ex to
to mundi eſſe non poſſunt: quin aliquan-
do vanitati: aliquãdo voluptati: aliquan-
do curioſitati plus ꝙ oporteat cedat ani-

mus vel ad horam. In multis enī offendimus omnes. Deinde dñs subiungit. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enī. rc. Ansel. Et te quidē o bone iesu proditissimi proditoris tui perfidia non latebat quādo in hac cena ablutiōis cā: etiā corā ipso genu flexo procūbens maledictos pedes eius veloces ad effūdendū sanguinē tuum: sanctissimis manibus tuis attrectare: lauare: r extergere dignatus es: r tu adhuc extento collo ambulas. O terra r cinis adhuc supbia te eleuat: adhuc te impatientia exagitat: intuere humilitatis r mansuetudinis speculuz vniuerse facture creatorem r tremenduz iudicem viuoꝝ r mortuorum ante pedes hominis: etiā traditoris sui: genua curuantem. Disce ab eo quia mitis r humilis corde. Confundere in superbia tua: erubesce in impatientia tua. Tertiuz est mysteriū inductiue exhortationis quomō videlicet eos hortatus est et induxit ad simile faciendū. Nam postq̄ lauit pedes eoruz accepit vestimenta sua r rediit ad locū cene. Et cum recubuisset iterū dicit eis. Scitis quid fecerim vobis. id est quantam humilitatē vobis exhibuerim. Vos vocatis me magister r dñe: r bene dicitis: sum etenim. Magister: ꝓpter sapientiam quaz vos doceo. Dñs ꝓpter potentiā quā mirabilibꝰ ostendo. Ubi non est periculū superbiendi: nō est vituperiū ꝓpria cōmendatio. Sequit. Si ergo ego laui pedes vestros dñs r mgr̄: r vos debetis alter alterius lauare pedes. id ē inuicem hūiliter ministrare: inuicē iniurias dimittere: p inuicem orare. rc. Sequit. Exemplū enī dedi vobis vt quēadmodū. rc. quasi di. hoc feci ad humilitatē erudit ionē. Hanc doctrinā obseruemus charissimi quoniā nō nisi p hūilitatem saluari possumus. Superbia autē radix est damnationis. ps. Tu populū humilē saluū facies r oculos superborū hūiliabis. Exemplū in angelis supbientibus. Unde Esa. xiiij. Quomō cecidisti lucifer rc. Itē in filiis filiorū noe volentibus edificare turrim. Geneß. xj. Itē in saul a regno deiecto. j. Regū. xv. Item in nabucho. Daniij. r in multis aliis. Exemplū enī humilitatē in abraā habemus qui dicebat. Geneß. xviij. Loquar ad dñm meū cum sim puluis r cinis. In ioāne baptista. Ioā. j. In beata virgine matre dei q̄ dixit. Luc. j. Respexit hūilitatē ancille sue. Singularissimū autē exemplū habemus in dño q̄ etiā pedes sui ꝓditoris lauit. Bern. Intolerabilis impudentie res est vt vbi se exinaniuit maiestas: infletur vermiculus vilis r intumescat.

T Ertius articulꝰ. Audistis rc. Nec credatis vos cum chr̄o posse regnare nisi r cū chr̄o studeatis vos hūiliare. Dicitis forte chr̄s per hūilitatē sue passionis nobis adq̄siuit regnū. Iam nō possumus illud ꝑdere. Notate q̄d iura dicūt Heres nō seruans testamentū defuncti: est exheredandꝰ. Exheredandꝰ inq̄ ex toto si fuerit heres extraneꝰ dono. de voto. c. licz r. xj. q. j. Siluester. r de testamentis. si heredes. Si vero heres est filius: tūc si hereditas est diuisibilis: amittet: solum reseruata sibi legitima. C. de fideicōmissis aut hoc amplius. Si autē indiuisibilis: puta q: ducatus: regnū: r hmōi sic totā perdet. dicto. c. licz. in fi. Pone casuz iuxta ꝑdicta r expone notando ꝙ chr̄us in suo testamēto nobis recōmendauit humilitatē: mansuetudinē r fraternā charitē: vt patet expresse. Ioā. xiij.

Pro die veneris sancta.

Ecce ascen

E dimus rc. Cōmēdat dñs suam charitatez in nobis quoniā cum adhuc peccatores essemus christus p nobis mortuus est: multo magis iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Romanoꝝ. v. In his verbis cōtinetur mysteriū quo ascendere possumus in celum. Sunt autē in illis verbis tria notanda. Primū est diuine charitatis cōmendatio. Cōmendat deus suam charitatem in nobis. Secundū cōmendationis ratio: q̄m cum adhuc rc. Tertium est: rationis con-

clusio. multo igit magis rc. De primo. j. Jo. iiij. Apparuit charitas dei in no. qm filiū suū vnige. misit in mundū rc. De secūdo. Ro. v. Chr̄s pro impijs mortu⁹ ē. De tertio. j. Jo. j. Sanguis iesu filij dei emūdat nos ab oi pctō. Ecce rc.

Salutatio.

Primus ar. An dolor passiōis chr̄i fuerit acerbissim⁹. Q, nō. q̄nto pena est magis volūtaria tāto min⁹ grauis: Sed chr̄s vehemēter desiderabat pati. Cōtra Ps. in psona chr̄i. Omes fluct⁹ tuos induxisti sup me: sed nō oēs induxit q̄ntum ad veritatē: g omes induxit q̄ntū ad acerbitatē. Rn̄det Durādus in. iij. di. xvj. q̄ quis dolor stricte sumpt⁹ sit passio appetitus sensitiui seq̄ns lesionē tactu pceptā: tn̄ dolor large sumpt⁹ sumit aliqn̄ p passiōe seq̄nte apprehēsionē nociuā factā p quācū q̄ potentiā interiorē vel exteriorē sensitiuā vel intellectiuā: et sic accipit hic. Hoc pmisso dicendū q̄ dolor chr̄i pōt cōparari ad dolorē dānatorū: et sic nō fuit maxim⁹. Sicut em̄ gloria beatorū excedit omē bonū p̄sentis vite: sic miseria damnatorū excedit omes miserias huius vite. Potest etiā cōparari ad dolorē viatorū: et sic fuit maxim⁹. Hec Guill. Durā. Pro fundamento. Hec est veri pncipis gloriosa pprietas: subuenire misericorditer in necessitate cōstitutis. Ouidi⁹ in eplis Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Et Ari. viij. ethi. Regis ad subditos amicicia est ſm supabundantiā bn̄ficij: benefacit subditis curam eorū habēs: vt pastor. propter qd homer⁹ agamēnonē pastorē populorū dixit. Voluit igit summ⁹ rex regū chr̄s nobis miserꝫ misericordissime subuenire et se verū pastorē aiarū ostēdere: pro illis aiam suam ponendo: tātoq̄ apparet in nobis ei⁹ misc̄dia r benignitas q̄nto acerbiores pro nostra salute dignatus est sustinere dolores. Sed q̄rit: An dolor rc. Dic rn̄. vt s. Et p declaratiōe veritatꝫ illius. s. q̄ dolor chr̄i inter oēs dolores fuit acerbissim⁹: iuxta determinationē doctorū adducēde sūt tres pncipales rōnes

Prima ex passionis causalitate.

Scda ex patiendi modalitate.

Tertia ex patiētis q̄litate.

Prima igit rc. Quia vt dicit btūs Tho. in. iij. par. q. xlvj. Patiebat nō p culpa ppria: sed aliena. nō p amicis: sed inimicis: et p his quos videbat ingratos. Et ſm beatū Bernardinū de euāg. eterno. Vidit saluator culpas oim hoim p̄sentiū: pteritorū: et futurorū: necnō r culpe grauitatem: ac p q̄libet in speciali gemuit r doluit. Ita etiā q̄ ſm Francis. de eximenis patriarcham hierosolymitanū in lib. de angel. par. iij. ca. xxiiij. Quādo p mundū pdicabat: apostol quādoq̄ in agris dormientib) ipse se lōge faciebat ab eis: r ibi clamans vocib) magnis flendo: supplicabat patri p peccatorib) cum tanta efficacia et virtute q̄ non est mens alicui⁹ homis in mundo q̄ valeret hoc cogitare. Plorabat inq̄ et supplicabat genu flectendo r se totum psternēdo ac laborādo intantū: q̄ (vt dicit idē doctor lib. r parte pdic. cap. xxxj) sudauit sanguinē multotiēs in suis altis oratiōib): licꝫ nō scribat in euāgel. nisi semel. Unde merito poterat dicere illd ps. Torrentes iniq̄tatis cōturbauerunt me. Dicit āt Huber. in li. ar. crucifi. vite iesu chr̄i. lib. iiij. Q, ipse videbat oīa peccata pterita: p̄sentia: et futura clarius r distinctius q̄ aliq̄ mens humana possit ad singulare cognoscere: que quidē peccata sibi faciebāt quiq̄ dolores excessiue acerbitatis. Imo hodiē sibi faciebat q̄dlibet peccatū p se sumptū: ita q̄ q̄dlibet peccatū mortale respectu aie chr̄i erat q̄si furca quinq̄ dentiuꝫ/ vno ictu faciēs quinq̄ vulnerū aperturas. Primo q̄a pctm̄ est dei iniuriatiuū Scdo q̄a diuine vindicte puocatiuū. Tertio q̄r horrende macule intra animā dei imaginē iflictiuū. Quarto q̄r toti⁹ regni gratie destructiuū. Quito q̄r pene eterne adq̄sitiuū. Chr̄s aūt hō ſm naturā passibilē habuit ista detestari r ex his dolere q̄ntum exigebat regula pfecte iusticie que in ipso erat: Ita q̄ de istis tantū dolebat q̄ntuꝫ iust⁹ erat. In eo aūt fuerūt q̄nq̄ nobiles cōdiciōes ex quibus augebat hui⁹ doloris excessus. Fuit em̄ glorie dei amator: pacis mediator: aiarū sponsus: zelator regni: gratie restaurator: r oiꝫ saluādorū rdēptor. Sic igit xp̄s q̄ntum diuitatꝫ gliā amauit: tātū doluit ppt iiurias pr̄i irrogatas q̄s lympidissime cōgscebat. r q̄ntū dilexit pacē it deū r creaturaꝫ tātū do

luit inimiciciā ex peccato creatā. Et quā-
tū dilexit decorē aīe: tantū doluit turpitu
dinē macle. Et qñtū diligebat regnū gra
tie ꝛ glorie: tantū dolebat de eius destru-
ctiōe. Et qñtū amabat quietem creature
rationalis in deo: tantū dolebat de eter-
no cruciatu ei⁹ ꝛ separatōe: Hec hubertī
nus. Secūda ratio sumit ex patiendi mo
dalitate. Tū pter cōtinuatiōe: qꝛ eius
suspendiū cōtinuabat: ꝛ claui semp magis
ac magis affligebant pendentē: Imo ab
illa hora q̄ sanguinē sudauit semp in cōti
nua angustia fuit. Tū pter doloris puri
tate. Nam in alijs patientib⁹ mitigat tri
sticia interior. ꝛ etiā exterior dolor: ex aliq̄
ōsideratiōe ratiōis p quādā deriuatione
siue redundantiā a superiorib⁹ virib⁹ ad
inferiores qd in chrō non fuit. Nam sm
Dam. Vnicuiqꝫ viriū pmissum est agere
quod est sibi ppriū. Ideo pars passibilis
patiebat qñtū pati poterat Tū pter pas
siōis generalitatē in oibus actibus suis.
Habuit em in verbis ōtradictores: in p-
dicatiōib⁹ cōtēptores: in factis obserua-
tores: in miraculis blasphematores: in pe
nis irrisores: in morte: exprobratores Itez
passus est gñaliter in oibus hominū ge-
nerib⁹. Nā passus ab omni statu: cōditōe:
ꝛ sexu. Passus est em a iudeis ꝛ gētibus: a
pncipib⁹ ꝛ ministrīs: a pplarib⁹ ꝛ religiosis
ab extraneis ꝛ notis: ab ignaris ꝛ docto-
rib⁹ ꝛ scribis: a masculis ꝛ feminis: petrū
scꝫ accusantib⁹: a fugientib⁹ discipulis ꝛ a-
missis: a petro negante: a iuda tradente:
Itē passus est generaliter de oibus que
ad eū pertinebāt. De patrīs offensa p pec
cata vniuersorū: magis aūt iudeorū: ꝛ disci
pulorū fugientiū: maxime traditorīs: ꝛ cru
cifigentium: de martyrio ꝛ dolore matris
assistenti: de tristicia ꝛ penis: ꝛ omnibus
que inflicta sunt suis discipulis ꝛ cunctis
suis amicis. Vnde dicit Hubertinus in
libro arboris cruci. vi. le. chri. ꝙ omnes
passiones: labores: ꝛ dolores: aut martyr-
ria que fuerunt sunt aut erunt in quibus-
cunqꝫ electis plenissime in corde suo rece
pit christus. non solū in generali sed etiaꝫ
in speciali distinctius qꝫ qui suscepit pas-
sus est. Item de infamia per latronū as-
sociatione ꝛ blasphemiā: de inhonora-
tione per irrisiones ꝛ cōtumelias. De ve-
stimentorum expoliatiōe: de cibo ꝛ potu:
myrrhe ꝛ fellis amaritudie: de iniusta cō
demnatiōe: de anime innocentis afflictio
ne: de vite nobilissime amissione. De qui
bus oibus tanqꝫ de obiectis simpliciter
nolitis: vel ex cōditiōe: ꝛ tamē accidentib⁹
passus est vehementer. Itē passus est ge
neraliter in toto corpore: in omnib⁹ mem
bris. In capite coronā spineam. In genis
alapas. In barba vellicatiōes: colaphos
in collo. In dorso duras illudentiū perse
cutiones. In scapulis grauia crucis pon
dera. In manibus ꝛ pedibus clauorū vul
nera. In latere aperturā. In corde pfun-
dam lancee fixurā. In tota corporis sup-
ficie nuditatem ac durissimā flagellatio-
nem. In ossibus ꝛ viscerib⁹ cruribus et
brachijs neruis ꝛ venis rigidissimā ten-
sionē. In vitalib⁹ membris omnimodaꝫ
sanguinis preciosi ꝛ humoris extractionē
ꝛ per consequēs ariditatē liquescentiū ac
nimiā siccitatem. Hinc. ps. ait in persona
eius. Sicut aqua effusus sum ꝛ dispersa
sūt omnia ossa mea. Factū est cor meum
tanqꝫ cera liquescēs in medio ventrīs mei.
aruit tanqꝫ testa virtus mea. ꝛc. In oib⁹
etiam sensibus passus est. In oculis: la-
chrymarū effusionem: in videndo matris
ꝛ amicorū angustiā turbatiōis: ꝛ in morte
colligatione. In auditu peccatorū blas-
phemias cōtumelias: ludibria: insultus
etiā gloriatione. In odoratu sputi ꝛ loci
fetorem. In gustu fellis ꝛ aceti amaritu-
dinē ꝛ dolorosam siccitatem. In tactu to-
tius corporis lacerationē. In qualibꝫ etiā
anime portiōe passus est. In superiore de
offensa patris: in inferiori de matris ꝛ di-
scipulorū cōpassione. In parte sensitiua
vehementissime doluit: de proprij corpo
ris mortifera lesione: vt vere diceret Re-
pleta est malis anima mea. Tertia ra-
tio sumit ex patientis qualitate pter ma
ximā complexiōis equalitatē ꝛ sensus vi-
uacitatē: quia corpus eius fuit optime cō
plexionatū: quia imediate formatū a spū
ritusancto: ideo tenerrimū ꝛ sūmo sensiti
uū. Vñ dicit dñs franciscus patriarcha
hierosolymitan⁹ libro de angelis pte ter-
tia ꝙ corpus ei⁹ erat adeo sensibile ꝙ gra
uiorem ei molestiā ꝛ dolorē inferebant la
pilli sup quos impingebat incedens dis-

calciatus q̄ꝫ nobis inferrent sagitte oculos nostros penetrātes. Si ergo dolebat tantū in pede quid sentire poterat in capite ⁊ toto corpore: Ex p̄dictis igitur simul iunctis patet dolorem christi fuisse grauissimū. vnde patet ꝙ ardenter nos dilexit qui ꝓ nobis tam grauia tormenta sustinere voluit. Ideo in persona chr̄i in cruce pēdētis exponi potest illud. Threñ. O vos omnes qui transitis per viam attendite ⁊ videte si ē dolor sicut dolor meus. Hoc profecto toto cordis affectu attendere et cōtēplari debemꝰ: qm̄ nihil chr̄o gratius nihil nobis salubrius agere possumꝰ. Illud quippe opꝰ hō libenter facit in q̊ modicuꝫ laborat: ⁊ multū percipit de lucro. Ante christi passionē: non poterat quisq̄ꝫ percipere de gloria celesti: omēs etiā sub onere deficiebant: sed veniens christꝰ adeo fecit opus ⁊ onꝰ leue. sic ꝙ nō oportet nisi quasi cū digito tangere ⁊ multum lucrabit̄. Tangas igit̄ corde ⁊ animo q̄ntitatē amoris quo te dilexit: acerbitatem passionis ⁊ mortis quā ꝓ te sustinuit: sic eñ sacrificabit̄ anima tua. Figura leui. xiiij. dr̄. Qui tetigerit carnes sacrificij pro pctō occisi sctificabit̄. Spūaliter sup isto. Dicit Origeñ. ꝙ hoc nō poterat ad litteram intelligi sed allegorice de chr̄o cuius carnem qui tetigerit per memoriā passionis eiꝰ sanctificabit̄. Et Apoc. j. de septē candelabris. Et ex. xxv.

S Ecūdus articulꝰ. Ut cōuenienti ordine dñice passionis angustias ⁊ dolores contemplari valeamus circa totam passionis historiā septem principales cōsideratiōes statuemus tanq̄ꝫ septē candelabra aurea: lucentia ante thronū crucis: viam nobis ostendentia ꝑ quā celestem hierusalem ascendamꝰ

Prima cōsideratio affectuose oblatōis

Secunda consideratio iniuriose cōprehensionis.

Tertia cōsiderati ignominiose reprobationis.

Quarta cōsideratio facinorose iudicationis.

Quīta cōsideratō dolorose crucifixiōis

Sexta gratiose locutiōis.

Septima miracłose transmutatōis.

Quelibet aūt cōsideratio diuidēda est ꝑ septem articulos: reseruatis tribus vltimis cōsideratiōibꝰ pro sermone post meridiem. Prima igit̄ cōsideratio est ⁊c̄. Quomō se pro nobis affectu volūtario morti obtulit dñs iesus. Esa. liij. Oblatꝰ est quia ipe voluit. Sūt testimonia huiꝰ voluntarie oblatiōis declaratiua.

Primū est legalis p̄figuratio.

Scōm ē ꝓphetalis p̄conizatio.

Tertiū ē ꝑsonalis denūciatio.

Quartū ē sacramētal̄ institutio.

Quintū est localis aggressio.

Sextū est cordialis oratio.

Septimū est realis obuiatio.

ribilis desperatiōis. scʒ maledicti iude q̇
vt dicit Hierony. Plus chr̄m offendit d
sperando q̄ tradendo: qꝛ desperando pec
cauit cōtra deitatem: cuius miscdia infini
ta: tradendo contra hūanitatē. Sic ergo
dicit euāgelista. Videns iudas ꝙ damna
tus esset: penitentia ductus retulit trigin
ta: argēteos principibꝫ sacerdotū. Orig.
Sed quomō vidit iudas quoniā damna
tus essʒ: nōdum em̄ a pilato cōdemnatus
erat. Forsitan dicit aliquis qm̄ considera/
tione mentis sue vidit exitū rei. Aliꝰ aūt
dicit quoniā quod scriptū est: videns iu/
das ꝙ damnatus esset: ad iudā referꝫ: tūc
enim sensit malū suū ꝛ intellexit se damna
tum. Iudas enim sic penitentia ductus
ꝓpter enormitatē peccati retulit, rc. Chry
sost. Vide qm̄ penitentiā agit qn̄ cōpletū
est ꝛ finem accepit peccati. Non em̄ ꝑmit/
tit diabolus eos qui non vigilant videre
malū anteq̄ ꝑficiant. Retulit igiꝫ iudas
triginta argenteos: quasi eodē p̄cio quo
chr̄m vēdidit possʒ redimere. Dicēs Pec
caui tradens sanguinē iustū. Gratianꝰ de
pe. dis. j. c. His penis. Arbitror ꝙ etiam
iudas potuisset miseratiōe dn̄i nō exclu/
di a venia: si pn̄iam apud iudeos ꝛ apud
dn̄m agere voluisset. Sed miser iudas
desperatus ex horrore culpe: nō est ausꝰ
ad dn̄m redire: sed ad iudeos iuit qui eū
deriserunt dicentes. Quid ad nos scʒ de
peccato tuo. Tu videris. i. ad te spectat
videre factū tuū. Sufficit nobꝫ tenere eū
Videns ergo ꝙ deriderent eū: ꝓiecit ar/
genteos in templo vnde capti fuerāt. Et
abiens desperatus laqueo se suspendit: et

suspensus crepuit medius. Vt hꝫ Actuū
j. Leo papa Sceleratior oibꝰ o iuda atq̄
infelicior extitisti: quē nō pn̄ia reuocauit
ad dn̄m: sed desperatio traxit ad laqueū
O nequissime iuda: q̇d tibi ꝓfuit auari/
cia tua: argenteos reddidisti ꝛ animā tuā
diabolo. corpus autē laqueo mortis tra/
didisti. O miser tu totū ꝑdidisti: corpꝰ et
animā ꝛ pecuniā. Sic ꝛ simoniaci: vsura/
rij: auari totū in fine ꝑdunt. Eccl. x. Cū
morieꝫ homo hereditabit bestias serpen
tes ꝛ vermes. Bestie em̄. i. executores et
heredes bestialiter viuētes accipiūt pecu
niā ꝛ terrenā hereditatē. Serpentes. i. de
mones animā: vermes aūt corpus. Glosa
sup Matth. Multi hodie sūt q̇ execran/
tur factū iude: ꝛ tn̄ iude similes sunt. Vn̄
multi socij ac fratres iude censendi sunt.
Primo qꝛ indignanꝫ ꝛ murmurāt de his
que dn̄o offerunꝫ vel ꝓ deo danꝫ q̄si cum
iuda dicāt Vt q̇d ꝑditio hec: dicētes etiā
filios aut cōsanguineos ꝑditos: si diuino
officio aut seruitio mancipanꝫ. Scdo q̇
verbis aut linguis dilectionē simulant: ꝛ
tn̄ cōtrariū in corde gerūt ꝛ opere faciunt
Bern. Quādo bonū foris: ꝛ corde malū
meditaris: oscula que iudas dn̄o dedit tu
mihi das. Oēs igiꝫ tales sūt socij ꝛ frēs
iude. Tertio illi q̇ signa deuotiōis ꝛ re/
uerētie ad deū hn̄t tm̄ exterius. interius
aūt ꝓpositū gerūt ꝑseuerandi in pctis: h
cū iuda sub signo reuerentie iniuriā ꝛ irri
uerentiam dn̄o faciūt. Quarto vsurarij: e
sacrilegi: decimas ꝛ res ecclesiasticas de/
fraudantes. Et gn̄aliter oēs auari q̇ pro/
pter auariciā dn̄m derelinquūt: Hi sūt si
miles iude q̇ ꝓpter auariciā dn̄m vendi/
dit. Vsurarij etiā vendūt tp̄s qḋ dn̄s in
sua potestate posuit: iō hoc mō dicūꝫ do/
minū vendere. Sacrilegi etiā res eccl̄ie
chr̄o ꝑtinentes accipiūt: quō ꝛ iudas pe/
cuniā accepit de tēplo. Acceperant em̄ p̄n
cipes sacerdotū pecuniā illā nō de ꝓprijs
bursis: sed de gazophylacio tēpli. Quin/
to spēaliter q̇dā auari sacerdotes q̇ curaʒ
quidē gerūt pecuniaꝝ: sed nō animarū qꝛ
de pecunia quidē sollicitāꝫ: de animabus
vero minime. Sexto simoniaci q̇ vel bn̄/
ficia simoniace obtinēt: vel q̇ sacramenta
vēdūt ꝛ p̄cipue q̇ missas pecunia celebrāt.
Ad hoc iō aliquādo se offerentes ꝛ quasi

cū iuda dī. Quid vultis mihi dare ⁊ ego
vobis eum tradā: Septimo omēs forni-
catores q̄ ꝑ minima delectatōe aīas suas
chr̄i sanguine redēptas diabolo vendunt
⁊ fornicatrices que ꝑ ꝑcio seipās chr̄i san
guine redēptas ꝓsternūt. fautores etiā ⁊
fautrices taliū: ⁊ spēalit̄ vetule ille india
bolate que iuuēculas decipiūt ⁊ vendūt.
Hi oēs frēs ⁊ sorores iude sūt. Octauo
spal'r sacerdotes fornicarij īter quos etiā
sunt aliqui publici ⁊ notorij. Hiero. Dic
sacerdos dic clerice quō ijsdē labijs qb⁹
osculatus es filiū ꝟginis. i. chr̄m in sacra-
mento altaris audes osculari labia mere-
tricis. O iuda: osculo filiū hoīs tradis. i.
simil̄ ei es. Nono: illi q̄ ꝑ munere sub ali-
qua apparētia virtutis inocētē ⁊ decipiūt
⁊ grauāt vt falsi testes ⁊ q̄ iusticiā vendūt
vel sub vmbra iusticie innocētes ꝑ mune-
re ledunt vt sunt falsi iudices. Illi etiam
qui pro munere iusticiam punitiuā impe
diunt vel omittūt. Ip̄e chr̄s est iusticia ⁊
veritas. Decimo oēs in pctīs indurati ex
cōicati oēs eccl'ie auctoritatē ꝯtēnentes:
queadmodū ⁊ iudas noluit audire corre
ctionē dn̄i. Undecimo ꝯfiteri differētes
qui etiā peiores quodāmodo dici possūt
quia iudas nō multū distulit penitere et
ꝯfiteri. Duodecimo oēs indigne cōican-
tes qui q̄ntū est ex seipsis chr̄m diabolo
tradūt dū ip̄m ponūt in loco qui subiect⁹
est diabolo. Unde de quolibet tali potest
dn̄s dicere qd̄ de iuda dicebat. Uerūtn̄
man⁹ tradentis me mecū ē imēsa. Tertio
decimo oēs recidiuātes in pctm̄ post cōi-
onē q̄ etiā dn̄m quē receperūt q̄ntū in se-
ipsis est diabolo tradūt qm̄ locum in quo
dn̄m receperūt diabolo subijciūt. Hi er-
go omēs supradicti sunt socij ⁊ frēs iude.
Quartodecio mūd⁹ soci⁹ ē sp iude Mū
dus q̄ppe qn̄ dat diuitias: salutare dr̄ h̄ ē
spē vanā ⁊ salutes pmittere: qn̄ dat deli-
tias ⁊ solacia ⁊c. osculat̄. qn̄ dat honores
tūc amplexat̄. His oīb⁹ modis q̄si iudas
decipit ⁊ morti tradit. Job. xxj. Ducunt
in bonis dī. suos ⁊ in pūcto ad infer. descē-
dūt. Quītodecimo oēs fures raptores et
res alienas q̄uis mō iniuste detinētes Iu
das em̄ fur erat. Jo. xij. Imo mlti sūt iu-
da peiores q̄ multi tales nec penitēt nec
ꝯfitent̄: aut si q̄n̄q; ꝯfiteant̄: tū restituere

nolūt. Judas aūt penituit: seip̄m accusa-
uit ⁊ pecuniā restituit: q̄ trigita argēteos
retulit p̄ncipib⁹ sacerdotū. Principes āt
sacerdotū argēteis acceptis dixerūt. Nō
licet eos mittere in corbanā. vbi scȝ pone
bāt̄ oblatōes tēpli: q̄ p̄cīū sāguis ē. Aug.
Qual' inocētie simulatō pecuniā sanguis
nō mittere in arcā: ⁊ ip̄m sanguinē mitte-
re in ꝯsciam: Hiero. Uere culicē colātes
⁊ camelū glutiētes. Cōsilio itaq; īito eme
rūt ex ill' agꝝ cuiusdā figuli ī sepulturā ꝑe
grinoꝝ: ⁊ dict⁹ ē ager ille acheldemac. i.
ager sāguis: ⁊ postea edificata ē ibi eccl'ia
sctōꝝ. In h̄ notat̄ ꝙ chr̄s ꝑ suū sanguinē
nob̄ ꝑegrinis emit q̄etē ꝑpetuā. Aug. Nos
ei ꝑegrini in h̄ mdō sum⁹ tāq; hospites ī
hac luce versamur. Quarta ꝯsidera-
tio facinorose iudicatōis quō inepte iudi-
cat⁹ ē ad mortē Ubi ꝯsiderāde st̄ septē im
Pria ipictaſ ōtestāō accusatōis (pietates
Scōa iprobāde remissiōis.
Tertia aboīande ꝑelectōis.
Quarta execrāde flagellatōis.
Quinta vituperāde illusiōis.
Sexta ꝯdēnande refutatōis.
Septia reꝓbāde sentētiatōis.
Pria igit̄. ⁊c. quō iudei accusauerūt eū: co-
rā pilato ⁊ adduxerūt eū vinctū. vt dr̄. ma
nib⁹ a t̄go ligatꝫ cū mlt̄ꝫ ꝯuicijs ad pila-
tū vt iudicaret eū. Sic āt dr̄ Nicodem⁹ in
euāge. suo Pilat⁹ iussit vni furoꝝ suoꝝ
vt duceret iesum ītra p̄toriū Ip̄i ei iudei
nō introierūt vt n̄ ꝯtaminarēt̄: sȝ vt man-
ducarēt pascha. i. azymos panes q̄s n̄ li-
cebat edere: nisi mūdis. In dieb⁹ aūt azy-
moꝝ ꝯtrahebat̄ imūdicia ex ingressu do-
m⁹ aliēigene. Aug. O ipia cecitas aliēi iu
dicꝫ p̄torio ꝯtaminari timebāt: ⁊ frīs ino-
cētꝫ sanguinē effūdere n̄ metuebāt. Istis
aūt sūt sil'es q̄ de modicꝫ ꝯsciam fac ētes
enormia nō curāt. Jussit ergo pilatus ser
uo suo vt iesum in p̄toriū duceret vt ip̄m
interrogare posset meli⁹ extra tumultuȝ
iudeoꝝ. Ipse em̄ erat medius hincinde
discurrens. Ille ergo seruus chr̄m intro-
ducens vt ait nicodemus deposuit suum
fascialē ⁊ adorans dn̄m: illud posuit in ter
ra: vt dn̄s ambularet supra: qd̄ iudei cer-
nētes grauiter indignati sūt ꝯtra seruū.
Pilat⁹ ḡ interrogauit nūciū cur hoc face-
ret. Allegauit em̄ illud qd̄ fecerant pueri

hebreoꝝ dominica p̄cedēti quomō ꝓcesse
rant obuiam ei: ⁊ strauerāt vestimēta sua
in via. Ex hoc patꝫ aggrauatio scelerꝫ iu
deorū. Paganus em̄ ille legem ignorās
reuerentiā domino faciebat. Illi ꝟo mor//
tem eius q̄rebant. Introducto itaqꝫ Je//
su Pilatus interrogauit eos: Quā accusa
tionē affertis aduersus hominē hūc? Re//
sponderūt: Si nō esset hic malefactor: nō
tibi tradidissim⁹ eū. q̄si di. Nos qui sum⁹
tante auctoritatis: sic solēt maliciosi se iu//
stificare: et Pilatus q̄si ex eoꝝ r̄nsione in//
dignat⁹ dicit: Accipite eū vos: ⁊ ſm legeꝫ
vestrā iudicate eū. q. di. Dicitis ꝙ sufficit
examinatio vestra: sufficiat vestra sentē//
tiatio. Et dixerūt: Nobis nō licꝫ interfice
re quēq̄. Chryſ. vel ideo: q꞉ multū ꝺ po//
testate eoꝝ abscisū erat/ eis romanis sub//
iacentibus: vel ostēdere volentes pctm̄ ēt
nō esse iudaicū/ sed crimē publicū: q꞉ se re
gem dicit. Vl' quia eū crucifigi cupiebāt
vt etiā modo mortis eū diffamarēt. Non
licꝫ autē eis crucifigere: sed ꝙ alio modo
interficiebāt mōstrat Stephan⁹ ab eis
lapidatus. Et ideo subdiꝛ: vt impleretur
sermo quē dixit significās qua morte essꝫ
moritur⁹. Hec ille. Ceperūt aūt eū accu//
sare in multis. De quibꝫ Lucas tria exp̄//
mit. Dixerūt em̄: Hunc inuenimus sub//
uertentē gentem nostrā: scꝫ falsam doctri
nam seminādo: et ꝓhibentem tributa da
ri cesari: et dicentē se christū regē esse. De
prima accusatōne nō curauit Pilatus: q꞉
gentilis erat/ de lege Moysi non curans.
Secundā sciebat esse falsaꝫ: quia christū
audierat aliquādo dixisse Reddite q̄ sunt
cesaris cesari: et que sunt dei deo. Vnō so
lum curauit de tertia que plus eū tange//
bat. quia videbaꝛ esse cōtra cesaris hono//
rē. Introiuit ergo in pretoriū Pilatus: et
interrogauit Jesum dicēs: Tu es rex iu//
deoꝝ. q̄si diceret: Est hoc verū qꝺ tibi im
ponitur: quia vicꝫ dicis te regē iudeoruꝫ.
R̄nt iesus: A temetipo hoc dicis An alij
tibi hoc dixerūt de me? Theoph. Innuit
ex hoc pilatū esse vecordē et indiscrete iu
dicantē. q. d. Si ex teipo hoc loq̄ris: pan//
de signa rebelliōis mee At si ab alijs ꝑce
pisti fac inq̄sitionē ordinariā. R̄ndit pila//
tus: Nunq̄d ego iude⁹ sum. q. d. De hoc
a meipo nō loq̄r: Gēs tua ⁊ pōtifices tra//
diderūt te mihi/ q̄ te deberēt defendere.

Quid fecisti? Jesus igiꝛ ad altiora pilatū
inducere volēs R̄nt: Regnū meū nō ē de
hoc mūdo. q. d. Rex sum nō t'lis vt putas
sed m'lto excellētior. Aug. q. d. Audite iu
dei et gentes nō impedio dn̄atiōeꝫ vr̄am
in hoc mōdo: sed q̄d vultis ampli⁹: Venite
credēdo ad regnū qꝺ nō est de hoc mōdo.
O dulcis iesu nō tibi sunt sil'es m'lti tui vi
carij in pompis et delicijs terrenis p̄nci//
pibus se eq̄parātes: vere regnū eoꝝ est de
hoc mōdo. Et subdit chr̄s: Si de hoc mū//
do essꝫ regnū meū ministri mei vtiqꝫ de//
certarēt ꝓ me vt nō traderer iudeis. Chri
stus ōn̄dit regni mūdani ibecillitatē: qm̄
a ministris habꝫ fortitudinē. Seq̄ꝛ: Nūc
aūt regnū meū nō est hic. Nō ꝺr: nō ē hic
Hic em̄ est regnū ei⁹ vsqꝫ ad finē secl'i ha
bēs secū iuxta zizania vsqꝫ ad messem: sed
tn̄ nō est hinc: quia ꝑegrinamur in h̄ mōdo
Quid em̄ est regnū ei⁹: nisi credētes i eū:
quibꝫ ꝺr: de hoc mōdo nō estis. Dicit g̊ ei
pilat⁹: Ergo rex es tu? Tu dicis/ q꞉ rex
sum ego. Ita r̄nsum tēperauit ne calūnie
occasionē daret. Et subdit: In hoc em̄ na
tus sum: et ad hoc veni in mundū vt testi//
moniū ꝑhibeā ꝟitati: Et oīs q̄ est ex ꝟita
te/ audit vocē meā. Cui pilat⁹: Quid est
ꝟitas? Theo. Nā fere ab hoibꝫ euanuerat
et cūctis erat incognita dū eēnt icreduli.
Pilat⁹ āt stati exiuit ad iudeos nec r̄nsū
expectauit: q꞉ vt ꝺr Alch. idign⁹ erat au//
dire. Nā lꝫ iudiciū in ꝟitate ichoauerit: tn̄
i ꝑuersitate finiuit. Vn̄ ptꝫ ꝙ de ꝟitate n̄
m'ltū curabat. Sil'es sꝫ m'lti pilato q̄ ꝺ ꝟi
tate q̄rūt: sibi tn̄ displicꝫ ꝟitas audita ꝺ vi
cijs suis. Pilato spūal'r sꝫ sil'es iudices inī
q̄/ q̄ cū volūt iiustā ferre sn̄iaꝫ: p̄mo q̄deꝫ
ab aliq̄ ꝟitate icipiūt: sꝫ i ꝑuersitate finiūt
Pilat⁹ itaqꝫ cū audissꝫ a xp̄o regnū suū n̄
eē de h̄ mōdo/ accusatiōꝫ illā nō pōderauit
sic nec alias duas. Jō de p̄torio suo exiēs
dn̄o ēt iesu secū vēiente ꝺr ad iudos: Nul
lā cām mortꝫ iuenio i isto hoie. Ipi āt q꞉
defluebāt i crimibꝫ: iō iualescētibꝫ vocibꝫ
di. Cōmouit ppl'ꝫ ꝑ vniuersā iudeā: icipiēs
a galilea vsqꝫ huc. q. di. Peruertit ppl'um
turbat pacē cōeꝫ. Et accusabāt eū ēt sūmi
sacerdotes i m'lt'ꝫ. Jes⁹ ꝟo nihil r̄nt. Am
bro. Accusaꝛ dn̄s ⁊ tacꝫ: q꞉ ꝺfēsiōe n̄ idigꝫ
Ambiūt defēdi q̄ timēt vici. Nō g̊ accusa
tiōeꝫ ꝯfirmat tacēdo: sꝫ ꝺspicit n̄ refellēdo
Dic g̊ illi pi. Nō audꝫ q̄ꝺta adūsū te di. te//

stimonia. Chrysost. Hoc dicebat volens
eũ liberare dũ se excusando responderet.
Dignũ em̄ videbat̄ ei magno miraclo: vt
exhibitus ad iudiciũ criminale: ipertur-
babilis tacet ante mortē: q̄ apud oēs ho-
mines terribilis iudicat̄. Secũda ē im
pietas reprobande remissionis: q̄lit̄: s. im
pie remisit eũ pilatus ad herodē: ⁊ hero-
des ad pilatũ. Impie inq̄ q̄m si pia fuis-
set pilati volũtas nō remisisset eũ cũ sci-
ret eũ innocentē. Pilatꝰ itaq̄ q̄m audie-
rat galileā noiari: cuiꝰ tetrarcha erat he-
rodes: interrogauit si homo galileꝰ esset:
⁊ vt cognouit ꝙ de herodis ptāte erat: mi
sit eũ ad herodē q̄ tunc hierosolymis erat
ꝓpter solēnitatē paschalē q2 indō natꝰ erat
Pater em̄ suus in fauorē vxoris sue: q̄ iu-
dea erat: trāsiens ad ritũ iudaismi: se fe-
cerat circũcidi. Sicut dicit iosephꝰ. Vi-
so autē iesu gauisus est herodes. Ex mul
to em̄ tpe. s. a decollatiōe ioānis baptiste
iesum videre cupiebat: quia multa de do
ctrina eiꝰ ⁊ miraculis audierat. Vñ ⁊ spe
rabat aliqua signa ab eo fieri. Interroga
uit ergo eũ multis sermonibꝫ: nō sicut ve-
ritatis amator: sed sic̄ curiosus ⁊ tentator
Ideo chr̄s nihil respōdit: nec aliquod si-
gnũ fec. Glo. Herodes nō reputauit chri
stũ saluatorē sed incantatorē. Idō nō erat
dignꝰ neq̄ ꝟbis: neq̄ miraculis. Grego.
Christꝰ in hoc nos docuit vt taceamꝰ qñ
cognoscimꝰ ꝙ auditores nostri nostra vo
lunt audire q̄si laudanda: ⁊ sua ꝑuersa fa-
cta nō mutare. Ne dũ ostentatiōis studio
verbũ dei loquimur: ⁊ eorũ q̄ erat: culpa
eē nō demōstret̄: ⁊ nr̄a q̄ nō erat fiat. Sta
bant ḡ sacerdotes ⁊ scribe ꝯstanter accu-
santes eũ corā herode. De illis forte de q̄
bus accusauerũt eũ corā pilato: ad quas
accusationes tāq̄ indignas rñsione dñs
nihil rñdit. Qō vidēs herodes spreuit eũ
reputans eũ idiotā. Sic hodie veri chr̄i
sectatores ab alijs spernũt̄ ⁊ idiote repu-
tant̄. Iesum etiā aliq̄ cũ herode spernũt q̄
doctrinā eiꝰ ꝯtēnunt: miracl'a q̄rētes. Cũ
tamē ꝓm Grego. Nō sit tp̄s miraculorũ
sꝫ operũ: ⁊ dicũt. Si q̄s ex mortuis rediret
crederemꝰ ei de inferno ⁊ de ꝑadiso Sꝫ
talibꝰ esset notāda respōsio abrae ad diui
tē. Lu. xvj. Si moysen ⁊ ꝓphetas nō au-
diũt: neq̄ si q̄s ex mortuis r̄surrexerit cre
dent. Nō solũ aũt illũ spreuit herodes sꝫ
illusit: veste alba induēdo tanq̄ fatuũ: ⁊
sic remisit ad pilatũ. Probauit se in eius
mortē cōsensisse: q2 em̄ sibi fuerat missus
tāq̄ homo sue iurisdiciōis: cũ nō inueni-
ret in eo causam: debuit eũ absoluere ⁊ nō
alteriꝰ iudicis arbitrio relinquere. Consi
dera o anima quō pius dñs ducit̄ ⁊ redu
cit̄: cōtēplare eũ demisso vultu ⁊ verecun-
do incedentē: cōuicia ⁊ clamores audien-
tem. Et facti sũt amici herodes ⁊ pilatus
in illa die. Sic sepe cōtingit inter hoies ꝑ
uerse voluntatis ꝙ duo inimici amici fiũt
ad nocendũ vni tertio. Facti sũt inq̄ ami
ci: ꝓpter mutuā reuerentiā sibi mutuo de-
latā. Nā antea erāt inimici ꝓpter iudā ga
lileũ ⁊ alios galileos cōplices eius: q̄ erāt
de iurisditiōe herodis: q̄s pilatus occide
rat ipis sacrificātibꝫ: miscens sanguinē eo
rum cum sanguine sacrificiorum: eo ꝙ
tributũ cesaris asserebant iudeis illicitũ.
Hoc refert ioseph. xvij. li. antiq̄tatũ. De
q̄ etiā aliq̄d scribit̄. Act. v. Dũ autē p̄di-
cta agerent̄ btissima ꝟgo sollicita de filio
vēit hierl'ꝫ cũ magdalēa ⁊ cũ sororibꝫ suis
Ingressa igit̄ veniebat ꝟsus atriũ tēpli.
Et ꝓm cōtēplationē cuiusdā doctoris ne-
minē reperiebat: quēdā tñ mendicũ rep-
perit in illo loco vbi symeon alias sibi di-
xerat. Tuā ipius aiam ꝑtrāsibit gladius
Hũc igitur sic est allocuta. Vbi est ma-
gnꝰ ꝓpheta. Quid est qō ppl's hodie non
cōuenit ad p̄dicationē. Ha dña (ait ille)
nescitis. Certe iam sũt rumores ꝑ totam
ciuitatem ꝙ ip̄e captus sit a iudeis Heu
(inquit) illa q̄d faciā: quo ibo: ⁊ pre dolore
corruit in t̄rā. Iterũ āt ioā. euā. volēs q̄d
dñs faciebat virgini intimare: venit ibidē
plorās: qui vt dñam vidit nō poterat pre
cordis angustia os aperire. Quē vt btā
virgo cōspexit. Heu (inquit ioānes charis
sime) vbi est magister vr̄: Heu dilectissi-
me: vbi est filiꝰ meꝰ: Et ille ait. Ha dña:
dura vobis noua refero. Magister meus
filiꝰ vr̄ dulcissimus: captus est: ligatus:
⁊ tāq̄ latro ductus. Heu dña nos omēs
eũ reliq̄mus in necessitate sua: ꝑ totā no-
ctem fuit afflictus in domo āne ⁊ caiphe
⁊ petrus eũ publice negauit. Mane autē
ductꝰ est ad pilatũ ⁊ postmodũ ad hero-
dē vñ nũc venio. Et iterũ nũc reducit̄ ad

pilatū vt morte damnet. O dña q̄ grauis
anxietas penetrauit cor vestrū. Heu di/
cāt matres: tenere diligentes filios q̄ an
gustiarētur si audirent eos ad mortē duci
Et certe dolor eaꝝ minimꝰ esset: ⁊ q̄si ꝓ
nihilo reputandꝰ respectu doloris virgi/
nis sacre. Potuit itaq̄ dicere illō Threñ
j. Posuit me scȝ passio filij mei desolatam
tota die merore cōfectā. Et tūc vt credi/
mus ioānē rogauit ⁊ socias vt eā duceret
ad domū pilati. Nos quoq̄ illuc spū acce
damus ad cōsiderandas angustias nr̄i re
dēptoris. Tertia est impietas abo/
minād̄e preelectiōis: q̄r vicȝ impij potiꝰ
elegerūt barabbā q̄ chr̄m. Vidēs enim
pilatus dn̄m ad se reductū: sciēs ꝙ ꝑ inui
diā tradidissent eū. Vidēsq̄ eos instan/
tes morti eiꝰ volebat eū liberare. Vn̄ ait
Obtulistis mihi hūc hoiem q̄si auerten/
tem pplm ⁊ ecce coraȝ vobis eū interro/
gans nullā causaȝ inuenio in eo ex his in q̄
bus accusatis eū: sed neq̄ herodes. Nam
remisit eū ad nos ⁊ ecce nihil dignū mor/
te actū est ei. Sed ecce q̄d faciam vobis.
Est cōsuetudo vobis vt dimittā vnū in
pascha Licet aūt sint plures vincti: est tñ
vnꝰ sceleratissimus latro homicida ⁊ se
diciosus. Videte q̄r nō habebitis nisi al/
terū barrabā aut iesum. Deliberate cito
quē vultis de duobus: Necesse em̄ habe/
bat eis vnū dimittere ꝑ diem festū sicut
dicit nico. de li. super. hoc passu. q̄r in no/
cte pasche angelus saluauit hebreos: ⁊ ꝑ
cussit egyptios. Exo. xij. Ideo in memo/
riā huiꝰ bn̄ficij in solēnitate paschali sal/
uabant vnū ꝓpinquū morti: ⁊ alios reos
interficiebant. Et hāc cōsuetudinē serua/
ri impetrauerāt ab impatore romano sicͨ
antea fuerat ex antiqua patrū introductō
ne ordinata ⁊ seruata. Credebat aūt pila
tꝰ ꝙ iudei nullomō eligerēt liberationē
barabbe q̄ famosissimꝰ latro erat ⁊ homici
da. Dicit aūt insignis. Matth. xxvij. vt
dicit nico. de ly. Nō nobilitate gn̄is sȝ ex
famositate criminis: q̄r etiā bonū ad malum
transferimꝰ. Vt. dr̄. v. meta. Sicut dr̄ ali
quis bonus latro: ⁊ ita dici pōt insignis.
Tūc aūt vt habet Matth. xxvij. Seden
te illo ꝓ tribunali misit ad eū vxor eiꝰ di.
Nihil tibi ⁊ iusto illi: quasi di. nullo modo
cōdemnes eū. Multa em̄ passa suȝ hodie

per visum ꝓpter eum. Rabanus. Nūc ve/
ro diabolus intelligens per chr̄m spolia
sua se amissurū: sicut primū per mulierē
mortē intulerat: ita per mulierē vult chri
stū de manibꝫ iudeoꝝ liberare: ne per eiꝰ
mortē: mortis amittat imperiū. Pilatus
itaq̄ querēs liberare chr̄m q̄siuit quē vel
lent sibi dimitti. Populꝰ ergo simplex re/
cognoscēs barabbe maliciā: volebat chri
stū liberare. Vn̄ legit in euāgel. nicode/
mi ꝙ quidā chr̄o cōpatiētes flebāt ⁊ reci
tabant multa miracula chr̄i ⁊ bn̄ficia. Nō
audiens p̄ses tremefactus dicit ad pplm
Quid ergo vultis effūdere sanguinē inno/
centē. Sed ꝓch dolor p̄ncipes sacerdotū
⁊ seniores ꝑsuaserūt populis vt peterent
barabbā. Jesum ꝟo perderēt. q. di. Vos
estis simplices ignorātes: vos debetis fa
cere sicut ⁊ nos q̄ scimꝰ legē: si melius essȝ
illū retinere faceremus. Nota hic de illis
diabolicis q̄ dicūt paupculis mulieribꝰ
putas ꝙ sit malū: putas ꝙ nos q̄ sumꝰ cle
rici vellemꝰ facere. Nō non. Nota etiā de
iudicibꝰ ⁊ aduocatis qui ꝓlongāt causas
⁊ sepe reos absoluūt: ⁊ iustos sepiꝰ dānifi
cant ꝓpter amorē pecunie dicētes. se age/
re iuxta leges. Hi sunt phariseis similes
simplicē pplm decipiētes. Preses g̊ ait.
Vultis dimittā vobis regē iudeoꝝ. Jo.
xviij. Oēs ergo clamauerūt. Nō hunc: sȝ
barabbā. Nō petimus saluatorē ⁊ q̄ mor
tuos suscitat: sed filioꝝ nr̄oꝝ interfectorē
⁊ bonoꝝ nostroꝝ raptorē Latrones igi/
tur latronē petierūt. Sic ⁊ multi in ꝓmo
tionibꝫ officioꝝ aut bn̄ficioꝝ malū bono
p̄ferunt: quasi cū iudeis di. Nō iesum: sed
barabbā. Beda ideo iudei pacē habere
nō possunt: q̄r sediciosum hominē magis
q̄ dn̄m pacis eligere maluerūt. Idē. Or
reliq̄rūt saluatorē petierūt latronē. Ideo
vsq̄ hodie diabolꝰ sua latrocinia exercet
in ip̄os. Pilatus ergo stupēs ꝙ sic barab/
bā petissent: dixit eis. Quid ergo vultis fa
ciam de iesu qui dr̄ chr̄s. Dicūt oēs Cru/
cifigat. Mala mala barabbe p̄electio: sed
peior hec sn̄iatio. Ait p̄ses. Quid em̄ ma
li fecit. At illi magis clamabāt. Crucifi/
gatur. Vn̄ patet sua crudelitas. Quar
ta est impietas execrande flagellationis.
Nam pilatus vidēs ꝙ nō posset iesuȝ di/
mittere liberū cū pace iudeoꝝ: ⁊ ex

alia parte timens interficere innocentem
vt tūc satisfaceret iudeis chrm̄ flagellari
iussit ⁊ durissime vulnerari: vt sic satiaret̃
crudelitas iudeoꝝ. O pilate n̄ te excusat
intētio tua: q̄ꝛ nullū malū de se pōt bona
intētiōe effici bonū. Jussit ḡ pilat⁹ chrm̄
denudari: nec dubiū grauis ei facta est in-
iuria cū sic nudatus est. Nā ⁊si chr̄s nō ac
cepit pctā nr̄a: neq̄ȝ infirmitates que sunt
ad pctm̄: suscepit tamē infirmitates q̄ sūt
ex pctō cuiusmodi ē erubescētia. Denuda
ri ḡ erubuit ⁊ tanto plus q̄nto sua pudici
cia purioꝛ est. Cū ergo fuisset expoliatus
cū ipetu: q̄ttuoꝛ tortores ligauerūt eū ad
columnā vt cōius dr̃. Et hoc dicit Beda
sup̱ Lucā. Jbidē etiā referēs ꝙ hui⁹ co-
lūne aliq̄ ps ōn̄dit̃ rome in ecclia scte pra
xedis. Maioꝛ aūt ps fert̃ eē in ecclia mon
tis sion in q̄ adhuc vestigia dn̄ici cruoꝛis
apparent. Sȝ q̄ vinculo ligat⁹ est dulcis
iesus. Quis inq̄ȝ potuit ligare deū omni-
potētē. Certe teneri n̄ potuit neq̄ȝ fune ne
q̄ȝ ferro. Certe omnes iudei tenere eū nō
poterāt. Jmo si oēs angeli: si totus mun-
dus ad ipm ligandū affuisset: neq̄ȝ tenere
neq̄ȝ ligare potuissent nisi charitas sua af
fuisset. Aug⁹. tamē in quodā sermone de
passiōe videt̃ dicere ꝙ chr̄s in flagellatio
ne iacuit ante pilatū. Vn̄ sic dicit. Ecce
iam dn̄s aptatur ad verbera: cupit sanctā
cutē violentia flagelli repetitos ictus: cru
delia verbera scapulaꝝ terga cōscindunt.
Proch doloꝛ iacet extensus ante hominē
de⁹: ⁊ suppliciū patit̃ rei ille in q̄ nullū pcti
vestigiū potuit inueniri Hec Aug⁹. Tūc
ergo ceperūt q̄ttuoꝛ tortores cū flagellis
nodosis sacratissimū coꝛp⁹ ꝑcutere. Sta
bant ibidē derisores: ꝑcutiebant lictores
nūc sup̱ scapulas: nūc sup̱ doꝛsum: nūc su-
per brachia: nūc sup̱ latus vnū: nūc super
aliud: supq̄ȝ totū coꝛp⁹ q̄si inuiderēt quis
foꝛti⁹ ꝑcuteret: durissime ḡ flagellat̃ a plā
ta pedis vsq̄ȝ ad verticē: fluit p̄ciosus san-
guis. Jterat̃ plaga sup̱ plagā: sanguis su
per sanguinē q̄usq̄ȝ tā toꝛtoꝛibꝫ q̄ȝ inspecto
ribꝫ fatigatis solui iubet̃ a colūna. Et po-
tuit vtcūq̄ȝ fieri vt ⁊ in terra ꝓstrat⁹ ces⁹
fuerit vt videt̃ dicere Aug⁹. ⁊ in colūna
ligat⁹. vt dt̄ Beda. ⁊ vt ait Grego. nazā-
zen⁹. Caro chr̄i flagellata p̄les liuoꝛes:
sanguinē: ex omnibus partib⁹ scaturie-
bat: quo in terra sub pedibus iesu: ⁊ colu-
mna ipa atq̄ȝ flagella madefiebat. Qua-
lis putas tūc meroꝛ penetrauit coꝛ virgi-
neū q̄n̄ videbat vel audiebat filiū suū sic
flagellatū. Audi Bern̄. in eius ꝑsona in
tractatu de lamēta. Et cū fuissem eū intui
ta ꝑcuti: cedi: cōspui: ⁊ opprobriū hoim̄ fie
ri: cōmota sūt oia viscera mea: ⁊ defecit
spūs me⁹ ⁊ nō erat mihi fere neq̄ȝ vox ne
q̄ȝ sensus. Nūc autē o aīa sanguine christi
redēpta ꝯtēplare deuote q̄ȝ exuberāter ꝓ
te effusus est regius sanguis. Respice dul
cem iesū totū sanguine coop̱tū. Heu si foꝛ
te videres canē in tali statu cōpassionē ha
beres: ⁊ q̄re n̄ cōpaterȝ dn̄o tuo Audi phi
lippū cācellariū parisien̄. in ꝑsona chr̄i di.
Dulcȝ amice vides q̄s ꝓ te poꝛto doloꝛes
nihil ꝓ me patioꝛ: in multȝ crucioꝛ vt tu n̄
pūiarȝ has moꝛtȝ ꝑfero pēas Crīna q̄ ppe
t. sit mea supplicia. O igit̃ maledicta pctō
rū vita: vbi nūc delicie: vbi nūc carnalita
tes: vbi vita bestialis. O pctōꝛ si ꝑpende
res q̄d agis. Vis scire. Certe q̄tiens tali
vilitati te exponis sic agis. q. d. Placet mi
hi dare coꝛpus ⁊ aiam diabolo renūciare
beneficio sanguinis dulcis iesu ꝓ haben-
da delectatiōe. O miseri q̄ sic redemptio-
nis vestre p̄ciū ꝑuipēditis: p̄ciū inestima
bile. empti em̄ estȝ p̄cio magno. j. Coꝛ. vj
Nō coꝛruptibilibꝫ auro ⁊ argēto: sȝ p̄cio-
so sanguīe agni incōtaminati Ber. O in
durati filij adam quos nō emollit tanta
benignitas: tantus ardoꝛ amoꝛis. Jdem
Volue ⁊ reuolue huc ⁊ illuc coꝛpus illud
dn̄icū vbiq̄ȝ inuenies doloꝛē vbiq̄ȝ cruoꝛē
⁊ si nō cōpateris dic te coꝛ lapideū habere
Dicit̃ ꝙ adamas lapis durissimus frangi
tur in sanguīe agni vl̄ hedi calido Erit ḡ
coꝛ adamante duri⁹ si nō scindat̃ doloꝛe
dū recogitat effusionē sanguis dulcȝ iesu.
Accedite o chr̄iani ad sanguinē dn̄i nr̄i ie
su chr̄i. Accedite inq̄ȝ ꝯtēplādo deuota cō
passiōe vt ꝓe vob dicat̃ illō Heb. xij. Ac
cessistȝ ad sanguinē meli⁹ loquētē q̄ȝ abel
videte ne recusetȝ loq̄ntē ⁊ ꝓe meli⁹ loq̄n
tem q̄ȝ sanguis abel loquebatur iusticiaȝ
Genesis. iiij. Ecce vox sanguinis fratris
tui abel clamat ad me de terra. Sanguis
ꝓo iesu chr̄i loq̄t̃ misc̄dīaȝ ꝓ oibꝫ p̄eitētibꝫ

Quinta ē impietas vituperāde illusio-
nis quia dn̄m sic atrociter flagellatum

duxerũt milites in atriũ ꝑtoriȷ̃ vbi ꝯgre-
gauerũt vniuersam cohoztẽ ad illudendũ
ei. Dicit Aug. Hoc factũ esse mãdato ꝑsi
dis vt sic iudeoꝝ odia magis satiarentur
Ipm q̊qꝫ induerũt chlamyde coccinea.i.
rubea ad modũ purpure q̃ reges vti sole-
bant vt sic illuderẽt ei tanq̃ꝫ falso regi: tũc
ad maiozẽ derisionẽ posuerũt eũ in q̃dam
sede: et dr̃ de Lyra: ꝙ corona illa erat de
iũcis marinis ad modũ spinaꝝ acutꝫ. Et
narrat se audisse a q̊daꝫ q̇ fuit cũ btõ Lu-
douico francoꝝ rege vltra mare ꝙ sense-
rat pũcturas hui⁹ iũci ꝑ sotulares. Vnđ
dicit Bern. Caput illđ densitate spinarũ
vsqꝫ ad cerebꝝ ꝯfixum fuit: ita vt sanguis
ex capite exoꝛt⁹: frontẽ: genas et collũ ꝑfũ
deret: ꝓ sceptro aũt dederũt arundinẽ in
manu dextera ei⁹. q.d. Sicut sceptꝝ tuũ:
ita ꝛ regnũ tuũ vacuũ est. Et his sic factis
genua flectebãt derisozie salutãtes eũ di-
cẽdo Aue rex iudeoꝝ. q.d. Voluisti regñre
sed nõ potuisti. Raban⁹. Chr̃m adoꝛãt q̇
eũ credũt: sed prauis actib⁹ despiciũt. Itẽ
qui exteri⁹ apparẽt oꝛare ꝛ aliq̇d ꝯtra di-
uinũ honoꝛẽ coꝛde vel verbo ꝑtractãt. Et
illi ministri diaboli sic chr̃o illudẽtes da-
bant ei alapas. Et accipiẽtes arundinẽ d̊
manu eius ꝑcutiebãt sacꝝ caput ei⁹ vt sic
aculei spinaꝝ fortius infigerent᷑. ꝛ expue-
bant in eũ: ſm Hiero. In faciẽ chr̃i ꝯspu-
is qñ ꝯscientiã tuã fedis cogitatiõib⁹ ꝛ a-
ctionib⁹ polluis: imago em̃ dei ꝛ facies in
ꝯscientia resultat. Greg. In faciẽ chr̃i con
spuis qñ iustos ꝛ sctõs in ꝑsenti vita cõ-
tumeliȷ̃s afficis: ꝛ falsa verba q̃si saliuas
fluẽtes in eos eiȷ̃cis. Itẽ dici põt ꝙ tu fal
se chr̃iane in chr̃i faciẽ ꝯspuis q̇ coꝛp⁹ eius
in os tuũ sumẽs saliua tua peccatꝫ ĩfecta
ꝯtingis et madefacis. Itẽ in faciẽ christi
ꝯspuis q̇ ꝑlatos tuos ꝯtemnis. Ait enim
ip̃e chr̃s: Qui vos spernit me spernit. Lu
ce.x. Et general̃r oẽs chr̃iani q̇ chr̃o fuire
ꝓmiserunt: ꝛ ꝯtrariũ faciũt: dño chr̃o illu
siones inferũt: sil̃es sunt istis satellitib⁹ di
aboli qui sic chr̃o illudebãt: in ei⁹ faciẽ cõ
spuentes ꝛ arũdine caput eius ꝑcutiebãt.
Sunt aũt in partib⁹ illis arũdines valde
magne ꝛ grosse ad modũ baculoꝝ. O mi-
seri q̃ꝫ tremendũ vobis apparebit caput il
lud ĩ iudicio. Attẽde nũc o chr̃iane caput
illud cũctis angelis venerandũ ꝛ sanctis
omnibus adoꝛandũ a quo venit oĩs bñdi
ctio tã crudeliter spinis coꝛonatũ: vsqꝫ ad
cerebꝝ ꝑfoꝛatũ: alapizatũ: ꝯsputũ. Vide
quõ oĩa ꝓ amoꝛe tui sustinet: oĩa patien
ter tolerat q̇ ipsi volũt q̃si esset seru⁹: ꝛ ad
oĩa tacet q̃si esset mutus. Cerne sanguinẽ
ꝑ aculeos coꝛone de capite largiter ꝓfluẽ
tem: ꝛ genas eius ꝑciosas rubꝛicãtẽ: atqꝫ
ex sanguinis illius ꝛ sputi malignoꝝ cõmi
xtione videbat᷑ q̃si leꝓsi facies. Tũc im
pletũ est illud Esa. liȷ̃. Nõ erat ei species
neqꝫ decoꝛ: Vidim⁹ eũ ꝛ nõ erat aspect⁹
et q̃si abscõditus est vult⁹ eius ꝛ despect⁹
ꝛ nos reputauim⁹ eũ q̃si leprosum ꝛ ꝑcus
sum a deo ꝛ humiliatũ. O pctõres miseri
has chr̃i illusiões susceptas ꝓ vobis sepi⁹
recogitate: ꝛ de cetero ꝑ pc̃a vr̃a ne sibi il
ludatis cauete. Est aũt notandũ ꝙ magr̃
Ioãnes gerson cãcellari⁹ parisieñ. in suo
monotesserõ ꝓbabilit̃ opinat᷑ dñm bis fla
gellatũ: spinis coꝛonatũ: ꝛ illusum. Pꝛia
vice añ sñie ꝓnunciatiões quaꝫ describit
Ioãnes. Scđa vice post sententiã latã
quã recitat Mat. ꝛ Mar. Et huic opini
oni rõ fauet. Nã ex duab⁹ causis videt᷑ fla
gellat⁹ dñs. Vna vt ex tali iniuria satiati
iudei a moꝛte dñi desisterẽt. Ido ait pila
tus: Coꝛripiã eũ ꝛ dimittã. ꝛ ita coꝛreptõ
ꝑcessit sñiam ꝯdẽnatiõis. Alia q꞉ Roma
nis legib⁹ sancitũ est: vt q̇cunqꝫ crucifige
retur verberaret᷑: et hec v̾beratio sentẽtiã
moꝛtis ꝑcedere nõ debuit. Nec putandũ
est illos insatiabiles odiȷ̃ viros ꝯtẽtos fu
isse post moꝛtis sñiam ex ꝑma flagellatõe
quos etiã nec ꝑma crucifixio satiare potu
it. Pie itaqꝫ credi põt milites pꝛesidis ad
ꝓcuratione iudeoꝝ post moꝛtis sententiã
suscepisse iam flagellatũ dñm et iteꝝ nu-
dasse ꝛ flagellasse: ꝛ iteꝝ vestiuisse purpu
ra: spinis coꝛonasse: arundine ꝑcussisse: cõ
spuisse: irrisoꝛia adoꝛatiõe blasphemasse.
O q̃ꝫ grauis doloꝛ tenerrimo illi coꝛꝑi Nã
ex vulnerib⁹ iteratis longe maioꝛ doloꝛ se
quitur q̃ꝫ ex ꝑma verberatiõe. Sexta ẽ
impietas ꝯtemnẽde refutatõis siue nega
tionis. Quõ. s. iudei dñm iesum refutaue
runt et negauerũt coꝛam Pilato. Pilat⁹
autẽ Iesum sic flagellatũ ꝛ illusum addu
xit de ꝑtoꝛio foꝛas ad iudos di. Ecce ad-
duco vobis eũ foꝛas vt cognoscatis quia
nullã inuenio in eo causam. Exiuit ẽ iesus

ex precepto Pilati portans spineā coronā et tunicā purpureā/ veterē quidē ꝛ turpē et sceptruꝫ arundineū. Aug. Attende aīa quis sit iste qui egredit᷑ habēs imaginē q̄i regis ꝛ nihilominꝰ serui despectissimi cōfusione repletus est coronatꝰ incedit: sed ipa corona cruciatꝰ est ei et mille pūctuᷓris speciosū eius verticē diuulnerat. Tūc aūt pilatꝰ q̄si ꝓmouēdo eos ad misc̄diam di. Ecce homo. q̄si dicat: Nō est canis aut alia bestia: est homo sicut vos: Cōpatimini sibi. Etem̄ si in aliq̄ male egit: vltra cōdignū punitꝰ est Uidete caput eiꝰ ꝑforatū: faciē ꝯsputā: ꝛ totū corpꝰ laceratū ꝛc. Insatiabilis tn̄ sacrilegoꝝ iudeoꝝ furor non cessat: obstinata neq̄cia nō emollit᷑ misericordia. Jō tumultuose clamauer̄t dicētes Crucifige crucifige eū. q.d. Nō sufficit nobis hec pena. Dicit eis pilatus: Accipite eū vos ꝛ crucifigite. Hoc indignant᷑ dicebat. q.d. Si haberetis ptātem/ cito daretis sententiā: sed mihi licꝫ: Ego em̄ nō inuenio causam. Unde dicit Pilatꝰ: ꝙ sue mortis causa non in eo/ sed in nobis fuit. Ber. O pijssime iesu Quid tibi ꝛ mortit᷑ nos peccāꝰ tu luis: nos debuiꝰ tu soluis. Tunc dixerūt iudei: Nos legē habemꝰ ꝛ ſm legē debet mori: quia filiū dei se fecit. Naꝫ ſm legē blasphemꝰ morte puniebat᷑. Leuit᷑. xxiiij. Cū aūt audisset pilatꝰ hunc sermonē: magis timuit: nō ꝓpter legē iudeoꝝ quā nō obseruabat: sed ne veꝝ esset ꝙ esset filius dei: et sic enorme peccatū fecisset eū puniēdo. Facile em̄ credere potuit pilatus ꝙ esset filius dei cū esset gentilis: quia gentiles multos homīes: deorū filios arbitrabant᷑. Unde pilatus iā opinatus fuerat ꝙ ipse filius dei esset: vt ptꝫ in quadā ep̄la quā misit Claudio imperatori in qua ml̄ta de diuinitate narrat. Uolens ergo pilatus de hoc secretiꝰ inq̄rere: ingressus est pretoriū cū iesu: nec iā amplius interrogauit: quid fecisti: sed Unđ es tu: q̄rēs an haberet originē diuinā an humanā. Jesus autē responsū nō dedit ei. Qr cū esset idolatra: ḡnationē diuinā nō poterat accipe. Dicit ḡ ei Pilatus: Mihi non loq̄ris. Mirat᷑ enim de eius taciturnitate cum esset in pūcto liberatiōis vel cōdemnationis. Jdeo dicit: Nescis quia potestatē habeo crucifigere te: ꝛ potestatē habeo dimittere te. O pilate cur voce te coartas. Et q̄r pilatus de potestate sua gloriatur. Jđo dicit ei iesus ad reprimēdum iactantiā: Nō haberes potestatē aduersū me vllam nisi tibi datū esset desup. i. concessum a cesare ꝛ a deo ꝑmissum a q̊ est omnis potestas. Et ex hoc arguit eius peccatū si ꝯdemnet: quia neq꜔ a deo neq꜔ a cesare accepit potestatē cōdēnandi innoxios. Quia ꝓ humano et mūdano timore agebat᷑. Judei aūt ex inuidia. Jdeo dicit: Propterea q̄ me tradidit tibi maiꝰ peccatum habet. Exinde ḡ pilatus q̄rebat dimittere eū: quia tanq꜔ homo mutus videbatur: q̄r christus ꝯuicerat euꝫ de pctō si ꝯdemnaret eū. Supra q̄ppe tētauerat eū dimittere: sed nūc anio ꝯstanti q̄rebat h̊ facere. Unde legit᷑ in euangel᷑. Nicodemi ꝙ ab ipo seorsum ꝯsiliū querebat d. Quid faciā tibi: Respōdit iesus: Sicut datum. Dicit ei pilatus: Quomō datuꝫ est: Respondit iesus: Moyses ꝛ ꝓphete p̄conizati sunt de passione mea ꝛ resurrectōe. hec ibi. Uidentes igit᷑ iudei ꝙ pilatus paruꝫ erat motus p̄dictis accusationibꝫ: sed volebat oīno iesum dimittere: Jdeo vertūt se ad accusandū alio mō đ quo magis tāgeretur cor pilati ingerentes ei timorē de iniuria cesaris di. Si hūc dimittis nō es amicus cesaris: Omnis em̄ q̄ se regē facit ꝯtradicit cesari. Pilatꝰ aūt cū audissꝫ hos sermones magis timuit. Chrysosto. Facile deuiat a iusticia qui in causis: non deū: sed hominē timet. Timor itaq꜔ inordinatus p̄ualuit in pilato: sicut etiā solet in iudicibꝫ iniquis. Primo ex amore officij quod ab imperatore ꝯcessum amittere timebat. Secūdo ex fauore ꝓpl̄i iudaici cui complacere volebat. Tertio ex cupiditate p̄mij ꝓmissi q̊ p̄uari nolebat: Multi certe velut alter pilatus q̄rūt fauere p̄ncipibꝫ et dn̄is: ꝛ cū (vt in pluribꝫ) officia sine p̄cio haberi nequeāt: student potius implendis marsupijs q̄ꝫ innocētū causis defendendis. His spēaliter dici pōt illđ Apocal᷑. viij. Ue ve ve habitātibꝫ in terra: q̄r descēdit ad vos diabolꝰ. Timēs itaq꜔ pilatꝰ q̄lit᷑cūq꜔ facerꝫ aliq̄d qđ videri posset contra honorē cesaris: adduxit iesum foras extra pretoriū ꝛ sedit ꝓ tribunali. i. ī tribūali ī loco q̄ đr lithostratos: a lithos

quod est lapis: et stratos quod est stratu-
ra siue pauimentū. Ille autem locus erat
ante domum pilati: ⁊ dicit̄ hebraice gab-
bata. i. collis siue sublimitas ex coaceruа
tione lapidū. Erat em̄ locus sublimis va
rio lapide stratus. Tūc ergo iussit pilat⁹
iesum sisti in iudicio: ⁊ dicit iudeis: Ecce
rex vester: ironice loquit̄. q̄si di. Mirū est
ꝙ hunc hominē sic abiectū dicitis vsurpa
re sibi regnū. Iudei autē q̄si furibūdi cla-
mabant Tolle tolle crucifige eum. Gra-
uis em̄ nobis est ad videndū. Pilatus āt
allegans in eius crucifixiōe eoꝝ verecun-
diam: dicit: Regē vestrū crucifigam? q. d.
Nō est honor vester ꝙ ille qui dicit̄ rex ve
ster tā turpi morte moriat̄. Respōderunt
pontifices: Nō habemus regē nisi cesarē.
Vñ ptz eoꝝ obstinatō ad ꝓcurādū mortē
chr̄i. Septia est impietas reꝓbāde sentē
tiatiōis. Pilat⁹ em̄ timore deuict⁹ vidēs
ꝙ nihil ꝓficeret: sed magis tumultus fie
ret/ accepta aqua lauit man⁹ suas coram
oī ṗplo di. Innocēs ego sum a sanguine iu
sti huius: vos videritis. O pilate mētiris
dicēdo te innocentē. Nā sciebas ꝙ ꝑ inui-
diā tradidissent eū. Et qm̄ innocēs erat ⁊
tuipē dixisti ꝙ poteras eū liberare. Remi
gius. Mos erat apud antiq̄s cū vellet a-
liq̄s se ab aliq̄ crimine immunē oñdere vt
accepta aqua lauaret manus corā oī ṗplo
Hiero. Iudex ḡ qui cogit̄ ꝯtra dñm ferre
sn̄iam/ nō damnat oblatū: sed arguit offe
rentes iustū eum ꝓnunciās q̄ crucifigen-
dus est. Sequit̄ Vos videritꝫ. q. d. Ego
minister legū sum: vox vestra sanguinē fū
dit. Sequit̄: Et rñdēs vniuersus ṗpl̄s ait:
Sanguis eius suꝑ nos ⁊ suꝑ filios nr̄os.
Perseuerat vsq̄ in hodiernū diē hec im-
ꝑcatio suꝑ iudeos: ⁊ sanguis dñi nō aufer
tur ab eis. Nā q̄ chr̄i sāguinē quē suꝑ se ⁊
suꝑ filios receperūt/ nō possunt exoluere:
Iō sunt ⁊ erūt vsq̄ in finē seculi serui chri
stianoꝝ. Pilat⁹ ḡ vidēs ꝙ totū suꝑ se reci
perēt ⁊ cesari faterent̄ se esse subiectos: vi
ctus timore cesaris ⁊ fauore ṗplī iudaici di
cit. Pulsetis campnā impiālē ⁊ ꝓclamari
fecit cū sonitu tube: Quicūq̄ voluerit au
dire et videre ꝯdēnatiōez Iesu nazareni/
veniat. Facta est aūt talis exultatio inter
phariseos ⁊ scribas ⁊ pontifices hoc au-
diētes q̄si esset caterua demonū inferna-
lium. O dña virgo mater quādo tumultū
illū audistis q̄ vicꝫ fili⁹ vester ꝯdēnand⁹
erat ad mortē: q̄d dicere potuistis? Certe
pie existimo ꝙ in terrā corruistis Et re-
uersa ad cor cū teneris gemitib⁹ vos ꝯuer
tistis ad deū patrē dicēdo. O pater oipo
tentissime respicere dignemini filiū: ꝓpter
honorē vestrū oia suffert. Quis sufficeret
dicere lachrymas gloriose virginis? Pi-
latus itaq̄ sedēs in solio fecit afferri impe
ratoris vexilla ⁊ iussit iesum sibi adduci.
Cū aūt accederet iesus/ vexilla se inclina-
uerunt vsq̄ ad terrā: vt testat̄ Nicodem⁹
in suo euāgelio: in signū reuerētie ⁊ subie-
ctionis. Quod iudei vidētes clamare ce
perunt ꝯtra eos q̄ vexilla tenebāt. Tūc ex
ꝑcepto pilati fuerūt assignati duodeci vi-
ri ad tenendū vexilla/ q̄ iteꝝ dño veniēte
se inclinauerūt: Tunc vniuerso ṗplo ibi cō
gregato dulcis iesus (vt pie credit̄) genua
flectens corā illo idolatra: plorare cepit et
patrē ꝓ peccatorib⁹ exorare. Et dñs posu
it in eo iniq̄tates omniū nostruꝫ Esa. liij.
Ille aūt miserrim⁹ pilatus anteq̄ senten
tiam ꝓferret interrogauit sacerdotes di.
Quā accusationē ⁊c̄. Respōderūt: Si nō
esset hic malefactor ⁊c̄. Secūdo clericos:
qui dixerūt: Nobis nō licꝫ interficere quē-
q̄: Nos habem⁹ legem ⁊ ſm legem ⁊c̄.
Tertio nobiles. Si hūc dimittis nō es a-
micus cesaris. Quarto laicos. Cōmouit
vniuersam iudeam ⁊c̄. Quinto burgen-
ses. Hic ꝓhibet tributa dari cesari. Se-
xto mercatores. Nō hunc: sed barabbam
Septimo artifices. Possum destruere tē
plum dei ⁊c̄. Octauo populares. Audistꝫ
blasphemiā. His auditis ꝓtulit senten-
tiam dicēs: Ego pontius pilatus aucto-
ritate impiali in hierusalem presidens au
ditis accusationib⁹ phariseoꝝ ⁊ scribaꝝ cō
tra Iesum nazarenū: Iubeo illū cruci af-
figi: ⁊ in ea morte ignominiosissima mori.
O pilate vbi lex: vbi iusticia: vbi veritas.
O miserabilis peccator cur nō resolueris
in lachrymas audiens dulcissimū: innocē-
tissimum: ⁊ mansuetissimū agnum ꝓ tuis
offensis morte turpissima condemnari.
Recordare igitur recordare sepius domi
nicam passionē: ⁊ si forte a principio fru-
ctū ñ sentias: ne desperes tamē: sed semꝑ
perseuera. Narrat Cesarius de quodā iu

uene bone indolis cui studium erat semel
ad minus dominicā passionēꝫ ꝑcurrere in
die: In quo ꝑ medium circiter annū tan/
tam sustinuit difficultatē vt q̄si nihil vale
re huiusmōi meditatiōꝫ arbitrareť: post/
modū autē in angulo chori conuersus di/
utius ac deuotius orationi incumbens di/
uinum implorās auxiliū: Cū autē ab ora/
tione cessasset ꝛ surgēs ab oratōne ad al/
tare transisset:ecce pius Jesus astat ante
altare quasi pendens in cruce qui brachia
a cruce abstrahens/ seruū suum amplexa
tus est ꝛ tanq̄ sibi precordialem ad pe/
ctus suum attrahēdo strixit.qui in illa ho
ra tantam accepit gratiā lachrymarū vt
vix eius oculi siccarenť. Postea igiť i me/
ditatōe dominice passionis feruebat ꝛ tā/
tam in ea sentiebat dulcedinē vt ꝛ palmā
martyrij plurimū affectaret. Si ergo(vt
ait Bernard⁹) nostra quotidiana lectio:
passionis chr̄i meditatio.

t Erti⁹ articulus p̄ncipalis sed breuis/
simus. Audistis ꝛc. Et casum horuꝫ
multū considerare debemus. Jura enim
dicunt. Causa semp considerāda ex qua
aliquid factū sit.ff.de furtis.l.veꝝ.ꝛ de de
tractionib⁹.cap. vlti.ꝛ.v.q.v.Nō omnis.
Attendite ꝛ notate quoniā ꝓpter vos oia
supradicta ꝛ dicēda posterius christus sus
tinuit:ꝛ omniū istoꝝ cause est amor queꝫ
ad nos habuit: vt ꝛ nos eum diligamus.
Audite Si quispiā mortis reus iam ca/
ptus esset ꝛ vinctus a nuncijs regis ꝛ ve/
niret ꝓprius fili⁹ regis auferēs manu sua
chordam ꝛ collo suo imponēs offerens se
ad moriendū pro eo: Nonne multum de/
beret eum diligere:ꝛc. Expone ꝛ applica:
Notando ꝙ obedientia est chorda quam
attulit chr̄s ꝛ per eam suspensus est in pa
tibulo crucis pro peccatis nostris. Rom.
iiij.Traditus est ꝓpter delicta nostra:

Sermo post meridiem.

Ecce ascēdi

e mus ꝛc. Humiliauit semet/
ip̄m factus obediens vsq̄
ad mortē: mortem autē crucis. Philip.ij
Sic se humiliauit vt ascenderemus hie/
rusalem. Sunt autē in illis verbis apo/
stolicis tria cōtemplanda: Mirāda redē
ptoris humiliatio: Humiliauit se. Com/
mendanda humiliatiōis ꝑfectio: Factus
obediens vsq̄ ad mortē. Memorāda ꝑ/
fectiōis ostensio: Mortē autē crucis. De
p̄mo Phil.ij: Semetip̄m exinaniuit. De
secūdo Bern. Mementote fratres/chri/
stus ne ꝑderet obedientiā: vitam ꝑdidit.
De tertio Sap.ij. Morte turpissima cō
demnem⁹ eum

p Rim⁹ articul⁹. An decuerit chri/
stum mori in cruce. Q, nō. Dicit Da/
masce. ꝙ nō decuit christū assumere pas/
siones detestabiles: sed mors crucis ma/
xime videť detestabilis ꝛ ignominiosa.
Cōtra Heb.xij. Sustinuit crucē ꝯfusiōe
ꝯtempta. Rn̄det Tho.iij.par. Conuenien
tissimū fuit chr̄m pati mortē ꝓpter mltas
rationes quaꝝ tres tm̄ notabim⁹. Pri
ma quia hoc erat cōueniēs satisfactōni ꝓ
peccato puniri parētis.qd̄ fuit ex eo ꝙ po
mū ligni vetiti sumpsit. Unde cantat ec/
clesia. De parētis ꝓtoplasti fraude ꝛc. et
in p̄fatione. Qui salutēꝫ generis humani
in ligno crucis constituisti Secūda q̄
hoc nobis ascensum parauit in celum: vt
Chrys. dicit. Unde Grego. nazanzenus.
Figura crucis a medio ꝯtactu in q̄ttuor
extrema partita significat virtutē ꝛ ꝓui/
dentiā eius qui in ea pependit vbiq̄ diffu
sam. Chrys. etiā dicit: ꝙ in cruce extensis
manib⁹ moriť vt altera manu veterē po/
pulum: altera eos qui ex gentib⁹ sunt tra
hat. Cum aūt diciť: ꝙ nō debuit assume/
re passiones detestabiles: veꝝ est de illis
q̄ ꝑtinent ad defectū sciētie vel grē vł vir
tutis: nō de illis que pertinēt ad iniuriaꝫ
ab exteriori illatā. Quinimo vt dicit He
breoꝝ.xij. Sustinuit crucē confusione cō
tempta. Hec ex Tho. Pro fundamen/
to. Multū est laudabilis patiētia maxi/
me in aduersis ꝑseuerādis ꝓpter bonū cō
mune. Aristo. in Ethi. Laudabilis est for
tis circa maxima mortis pericula viriliť
agens in quib⁹ bonū est mori ꝓ salute cō/
munitatꝭ. Multū ergo laudabile fuit sus/
tinuisse mortē crucis ꝓ salute totius ge/
neris humani: que vtiq̄ est mors ignomi
niosissima: acerbissima: sꝫ hanc acerbitatē
vicit chr̄i pietas.iuxta illō Virg.ꝭ.eneid.

Uincit inter durū pietas Cū ergo quæritur an decuerit ꝛc. dic rñ. vt supra. Ex q̄ cōclude q̄nta sit ad crucē habēda reuerentia Gal. vj. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu chri. Hec est em̄ scala per quā ascendēdū est in celū. Figura. Gen. xxviij. Uidit iacob scalā sūmitas ei⁹ celos tangebat ꝛ dñm innixū scale. ꝛc. Expone de cruce notādo illō Ber. Quis misc̄die tue o crux bñdicta digne queat inuestigare longitudinē latitudinē sublimitatē ꝛ pfunditatē. Nam lōgitudo tua vsq̄ ad diē nouissimū inuocantib⁹ subueniet vniuersis: latitudo tua replet orbē terrarū: sublimitas tua supne ciuitatis inuenit restaurationē: pfūdū tuū sedentibꝫ in tenebris ꝛ in vmbra mortis obtinet redemptionē.

Secūdus articul⁹: in pced. sermo. diximus de pmis quattuor cōsideratiōnib⁹ ppositis supra dñicā passionē. Nunc dicturi sum⁹ de alijs scꝫ quinta sexta ꝛ septima. Quita ē ɔsideratō dolorose crucifixiōis. Aīa igit chri morte redēpta: nūc si cor habes aperi illud ꝛ ɔsidera tui redemptoris dolores. Sūt autē in hac cōsideratiōe ɔsiderandi septē dolores.

Prim⁹ est dolor exꝓbratiue eductōis.
Scōs amaricatiue potatiōis.
Terti⁹ afflictiue ɔclauatiōis.
Quart⁹ vitupatiue situationis.
Quint⁹ ē illusiue ptitionis
Sext⁹ ɔfusiue derisiōis.
Septimus est improperatiue comminationis.

Primus igit ꝛc. quō videlꝫ vituperabiliter educt⁹ est extra ciuitatē vt crucifigeret Data quippe sentētia ꝛ pmissis illusiōibus sibi factis spoliauerūt eū chlamyde coccinea siue purpurea: ꝛ suis indumētis eū reinduerūt vt sic duct⁹ ad mortē magis cognosceretur: ꝛ sic cōfusibili⁹ duceretur. Fuit autē hec ductio aliunde exprobrabilis maxime ꝓpter tria. Primo ratione oneris impositi q̄ super humeros iam doloribus fatigatos imposuerūt crucem multum onerosam. Erat enim crux quindecim pedū in longitudine. Ut habet in historia. O q̄ tunc mesta dulcis mater erat ꝛ ꝓpter populi multitudinem appropinquare non poterat. Ideo dicūt aliqui ꝛ verisimile est q̄ iuit per viā aliā cum sociabus suis ꝛ Joan. vt posset ei aliquantulū appropinquare. Cum autē extra ciuitatē eū occursum ꝛ obuiū haberet cernens eū sic oneratū: pre angustia cordis quasi semimortua facta est: nec dño verbum dicere poterat nec dñs sibi accelleratus ab his qui eū ducebāt. O q̄ grauis vtriusq̄ merorq̄ dolentes etiā ibāt sancte mulieres sustentantes etiā dñam gloriosam: que etiā: vt dicitur: pre dolore in terra corruit. In cuius rei memoriam ibi postmodū constructa est capella que Sancta maria de spasmo nūcupat. Jes⁹ ergo videns matrē sic desolatam fatigat⁹ ꝛ fractus ex precedenti afflictiōe iam amplius crucē portare non poterat. Credo q̄ dña mr̄ eius libenter eā portasset si potuisset Deposuit ḡ dñs crucē vt pausaret. Quod videntes illi ministri sathane nolentes nec paululū tardare: forte timētes ne pilatus sententiā reuocaret: coegerūt simonē cyreneū; sic dictum a cyrene ciuitate libye patrē alexandri ꝛ ruphi discipulorum dñi de villa venientē ꝛ euntē ad ciuitatē vt crucē portaret post iesum vsq̄ ad crucifixionis locū. Nam vt ait Augusti. Nullus aliorū acceptabat crucē baiulare eo q̄ lignū detestabile videbatur. Esto itaq̄ ꝛ tu simon: id est obediens vt crucem portes post iesum. Secūdo fuit cōfusibilis eductio ratōe loci: quia in ciuitate hierusalē que erat caput totius iudee: quod fm doctores factū est ratione multiplici. Prima q̄ hierusalē locus erat sacrificiorū legaliū que figurabant passionem christi. Secūda quia virtus passiōis diffundenda erat per totū mundū. Ideo in medio terre habitabilis pati voluit scilꝫ in hierusalem Ps. Deus aūt rex noster ante secula operat⁹ est salutem in medio terre. Tertio quia hoc cōueniebat humilitati eius vt in loco tam celebri mortem pati non recusaret. Ad quod etiam pertinet quod tunc in hierusalē erat maxima populi multitudo quia venerāt a tota iudea propter solēnitatem pasche Cōfusibili⁹ est autē coram multis pati. Erat autem ibi multiplex turba: vna ministrorum qui eum premebant: alij baculis: alij

pugnis eum ꝑcutientes: aliȷ̄ etiā habētes
ligamina quibꝫ ligatꝰ erat. Et vt ait Hu
bertinꝰ. Funē magnū in collo habēs vt cū
maiori opprobrio duceret̃ trahebat̃ ꝑ illū
Alia autē erat turba iudeoꝝ qui eū irride-
bant: alia eoꝝ qui ad spectaculū cōuene-
rant: alia eoꝝ qui eū anxie lugebāt: inter
q̄s erāt mlieres lamētātes ad q̄s se cōuer
tit dñs ⁊ vir potens os aperire dicit eis:
Filie hierusalē nolite flere sup me. Nō ta-
mē simpliciter ibi ꝓhibet cōpassionē: sed
vult p̄dicere aliā lugendi causam. s. ꝓpter
ciuitatis futurā desolationē. Jdō subdit:
Sed super vosipsas ⁊ sup filios vestros
flete. Quoniā venient dies anno vicȝ. xlȷ̄.
post passionē christi: in quibꝫ dicēt: Bea-
te steriles ⁊ ventres qui nō genuerūt: ⁊ v-
bera q̄ nō lactauerūt: quia vicȝ ꝑ se soluȝ
erūt anxie. Tunc incipiēt dicere mōtibus
Cadite sup nos: ⁊ collibꝫ: operite nos: hoc
vicȝ desiderātes p̄ horrore miserie. Hoc
ergo ad litterā impletū est in destructiōe
ciuitatis Hierusalē: vbi mlieres comede-
runt filios suos pre famis angustia ⁊c. vt
dictum est feria. vȷ̄. post dominicā in pas-
sione. Jlla autē miseria fuit figura extreme
miserie sup incredulos ⁊ malos chrīanos
venture ꝓpter quā in die iudiciȷ̄ optabunt
reprobi abscondi a facie dñi. Pro huius
autē miserie euasione flendū est ⁊ orandū
ante terminū huius vite. Et subdit domi
nus: Quia si in viridi ligno hec faciūt: in
arido quid fiet: quasi dicat ſm Bedā. Si
ego qui peccatū nō feci ⁊ fructuosus sum
sine passionis igne de hoc mūdo nō exeo.
Que tormēta restant populo iudaico hu-
more gratie destituto ⁊ arefacto ⁊ omnibꝫ
peccatoribꝫ infructuosis et aridis: Jdeo
Grego. Quotiēs mortē saluatoris atten-
do: et patientiā Job: et mortē Joānis ba
ptiste ꝯsidero: Paulū occisum gladio: pe
trum suspensum in patibulo. Dico tibi o
